SENTENTIAE DICTAE

A PROCURATORIBUS GENERALIBUS

FAMILIARUM FRANCISCALIUM

IN CAUSA

INVENTI CORPORIS D. FRANCISCI

ORD. MINORUM PARENTIS

ADNOTATIONES SUBIECIT

FRANCISCUS GUADAGNIUS ADV.

ROMAE MDCCCXX.

TYPIS REV. CAM. APOST.

IN OPUSCULA, SEU SENTENTIAS
QUAE SEQUUNTUR
FRANCISCI GUADAGNI ADV.

MONITUM

Causæ, quam recepi, plurimum fidens, simulque haud ignarus, iura causarum obtrectatione exsplendescere, optabam equidem, acres adversarios, et ingeniosos contra me consistere, et in probationes meas impetum dare. Haud vero secus res cecidit; et abunde impressionum, ac præliorum fuit. Ac quamvis illi arma moverint, negarintque in ossa, ac cineres solutum, ac prolapsum corpus haberi posse pro exuvio mortali D. Francisci, quos pacatissimos esse oportebat, et de hoc saltem capite mecum voluntate, ac voce consentire; non ægre tamen id fero, quum cogito, eos studiose congerendo quæcumque pro incorruptione sacri corporis excogitari ab acutis hominibus possint, patefecisse aditum mihi ad hunc controversiæ locum novo rationum auctu, novaque documentorum accessione locupletandum.

Placuit autem PROVIDENTISSIMO PONTIFICI, ET DOMINO NOSTRO PIO VII in causa exuviarum Patriarchæ Minorum Francisci libere iudicium ferre quamlibet ex iis familiis, in quas totus minorum sectus est Ordo. Quare, postquam *Conventuales pientissimi Viri*, paternorum cinerum honori studentes, sua per me sensa prompserunt, licuit de eodem argumento e sua opinione disserere *Observantibus*, ac *Reformatis* Patribus, qui, quum uni, eidemque Moderatori Generali subsint, in unam familiam coalescunt; licuit Religiosis Viris, qui *Cucullati* audiunt, vel *Capuccini*; licuit denique *Patribus*, qui in *Ordinem Tertium* adlecti sunt. Harum enim familiarum *Generalibus Procuratoribus* exempla tradita sunt Incubrationis illius, qua sententiam meam de invento corpore D. Francisci, quamquam infanter, ac nude, tamen cum fide, atque industriæ nisu, defendi.

Num autem Amplissimi Viri, quibus de meo libro, to-

taque controversia sententiam ferre mandatum est, omnia diligenter excusserint, meaque non solum verba, sed et syllabas, et apices verborum demensi sint; num ad severissimum examen instituendum opibus omnibus abundaverint, qui mentis acumine ipsi pollent, doctrinaque multiplici, et in societatem laboris huius e commilitonibus suis doctissimum, ac lectissimum quemque adsciscere potuerunt; unusquisque intelligit, me tacente: immo prudens æstimator quisque dabit, nullam esse causam, quæ, si conferatur cum nostra, æque multis, aut æque formidandis censoribus expensa fuerit, atque vexata.

Sed irruentium in eam censorum iudicium maxime distractum fuit, et invicem pugnans. *Patribus* quidem *Tertii Ordinis* perbelle satisfeci, ac nihil, prout præferunt verbis non ambiguis, mea est *Demonstratione* enucleatius, atque nitidius. Nec minus benevolos *Cucullatos Patres* experior, eorumque oculos lux argumentorum a me expositorum percellit. Metuunt tantum, ne pii homines, qui incorrupti corporis D. Francisci opinionem et inculcari audiverant, et animo imbiberant, se nunc deceptos querantur; neve ii, quos a Catholicæ Ecclesiæ sinu hæresis abstrahit, magnifice in hoc triumphent, et huius iudicii exemplo probandum suscipiant, fabulosa apud nos venditari prodigia. Quos ego *Cucullatos Patres*, quoniam mihi de rei summa, nimirum de invento corpore D. Francisci, assentiuntur, haud meis adversariis accenseo; eosque, quibus anguntur, et aliis impertiunt, metus brevi oratione discutiam.

At gladium distringunt, et, eruptione veluti facta, pro apertis hostibus huic causæ sunt *Observantes*, *Reformatique Patres*, sive potius eorum *Generales Procuratores*; qui tamen, quoniam, ut prædixi, ab uno, eodemque moderatore Supremo gubernantur, non prætergrediuntur fines, ac numerum unius religiosæ familiæ: gloriari ut iure liceat, ex quatuor, quibus gens Franciscalis constat, familiis unam esse tantummodo, quæ detrectet adhuc in Asisinatibus inventis exuviis corporeas D. Francisci reliquias agnoscere. Quamquam plerosque ego ex *Observantibus*, ac *Reformatis* vacare cupiditate arbitror nos oppugnandi; quum præsidium oppugnationi præcipuum adsit ab incorruptionis opinione probata; ab ea autem illi certe dissideant. Eos igitur, qui suis libellis facessere nobis negotium conantur, non publico contra nos consilio arbitror, sed privato præliari.

Quum vero mecum agitarem, ac volverem, qua me semita incedere expediat in adversa vi repellenda, opportunum est visum, ipsis Adversariorum opusculis adnotationes supponere, quæ refellendi laborem poscentia refellerent. Scio enim legentibus indignationem, ac stomachum commoveri, si nimis crebro cogantur paginas volvere, et modo ad obiectiones, modo ad responsiones seorsum editas vel promovere gradum, vel referre.

Cæterum a Clarissimis Viris Adversariis peto, dent mihi sermonem ad veritatem propugnandam solutum, ac liberum. Dent plane, ac sine involucris exponam, quæ pro causæ tutamine patronus diligens evolvenda censeam. Quod profecto nisi agerem, iure ego non patronus, sed prævaricator nequissimus dicerer. Ipsi autem Adversarii eos sensus induant, quos *Tullius* induerat, qui *Num fingo?* (aiebat) *Num mentior? Cupio refelli. Quid enim laboro, nisi ut veritas in omni quæstione explicetur* (*)?

(*) *Cic. Tusc. quaest. lib.* 3. c. 20.

OPUSCULUM I.

BEATISSIME PATER

1. Ex quo, litteris Rm̃i Pat. Josephi Mariæ de Bonis, Ministri Generalis Ordinis Minorum Conventualium datis die 22. Decembris anni proximi præteriti 1818. notificatum fuit, Corpus Seraphici Pat. Sancti Francisci inventum fuisse, Sanctitatemque Vestram, rei compotem, voluisse, et ordinasse, ut in hoc negotio, omni, qua par erat, prudentia et consilio procederetur, secretam, juridicam, authenticamque recognitionem per distinctas sacratas Personas à S.V. designandas, fieri: conticuere omnes, intentique ora tenebant, spectantes summam tanti eventus à multis sæculis desiderati.

2. Controversum fuit semper RR. PP. Minores Conventuales inter, et Observantes, circa incorruptionem, vel corruptionem, et alias circumstantias Corporis S. P. Francisci. RR. PP. Conventuales semper, usque nunc, sustinuerunt, Corpus Sancti Patriarchæ integrum, incorruptum, molle, tractabile, tamquam si esset vivum, erectum, stans in pedes proprios sine ullo fulcro, oculis in cœlum elevatis, sacrisque stigmatibus manantibus sanguinem, permansisse, et permanere in tertia Ecclesia subterranea suæ Basilicæ Assisiensis. Contra vero *RR. PP. Observantes et Reformati, paucis exceptis, affirmarunt: Sacrum Corpus resolutum fuisse in Ossa et cineres* (*a*); et negarunt *tertiam illam Ecclesiam subterraneam* (*b*).

(*a*) „ Partem *Opusculi* huius multo maximam vindicat si-„ bi disputatio de incorrupto corpore D. Francisci; quod etiam

„ de insequenti *libello*, artificiosa exaggeratione remota, prolo-
„ qui licet. At si *RR. PP. Observantes*, et *Reformati* (quod
„ *Bollandiani* monent, nec dissimulatione tegit V. C. Adversa-
„ rius) *paucis exceptis*, *affirmarunt sacrum corpus resolutum*
„ *fuisse in ossa*, *et cineres*, mirari profecto subit, cur, qui
„ hæc lucubravit, *Observantium Generalis Procurator*, cur
„ etiam, qui munus idem apud *Reformatos* gerit, tam multa
„ moliantur his in libellis, ut opinionem a suis improbatam,
„ ac plane nugatoriam de Francisci exuvio corruptionis exper-
„ te tueantur. Novimus, quam arcte, qui religiosis versan-
„ tur in castris, suorum scriptorum sententiis adhæreant, ac
„ facilius esse Herculi, ut aiunt, clavam, quam huiusmodi
„ viris placita magistrorum extorquere. Itaque si in aleam
„ dubitationis vocare velim aut *formalem distinctionem inter*
„ *Dei essentiam*, *eiusque attributa*, aut *positam non in actu*
„ *intellectus*, *sed in actu voluntatis Cælitum beatitatem*, aut
„ alia huiusmodi, quæ clamosis in scholis arripuerunt, credo
„ undique in me concursus fiet, et a catervis garrulorum in-
„ numeris impetitus a fronte, lateribusque, male multabor.
„ Cur vero in disputatione de incorruptis, vel corruptis spo-
„ liis mortalibus D. Francisci ab una opinione ad aliam faci-
„ lis, ac repentinus hic transitus?

„ Dicent, corruptionis sententiam amplexatos esse *Obser-*
„ *vantes*, *Reformatosque*, veruntamen, *paucis exceptis*; se
„ vero in *exceptis* esse. Sed quæso meminerint, qui contra
„ me scribunt, se non uti privatos homines, ac munerum lu-
„ ce carentes, sed uti suorum cœtuum *Generales Procuratores*
„ rogatos fuisse sententiam. Procuratoribus autem non aliam
„ dicere licebat, nisi quæ receptissima apud suos esset, ac
„ vulgaris propemodum; nec de opinione illorum e suis la-
„ borare debebant, quorum voculæ inconsultæ, ac debiles
„ aliorum scriptorum *Observantium* ac *Reformatorum* multitu-
„ dine, clamore, convicioque obruuntur.

„ Ac si *pauci* illi *excepti* scriptores recensitis cœtibus sa-
„ cris addicti, et incorruptionem propugnantes, non essent
„ obsoleti, ac vetusti, minus mirum videri posset, eorum
„ cœtuum Procuratores auxiliatum ire incorruptionis male fir-
„ mæ sententiæ. Sed qui in *Observantium*, *Reformatorumque*
„ familia negarant Francisci corpus, pro omnium conditione,
„ in cinerem abiisse, floruerunt, ut græcum poetam inter-
„ pretatus *Cunichius* scripsit,

„ *Tempore, quo bonus ille*
„ *Mergi vidit aquis omnia Deucalion*.

„ Contra vero quicumque intra illa claustra instituti, atque „ enutriti hoc argumentum recentiori memoria attigerunt, pro „ certo habent, corpus sui Patriarchæ communi corruptionis „ legi fuisse obnoxium. Id ponunt, non sine clamore, ac „ tumultu præliantes, *Octavius Spader*, sive ut alii vocant, „ a *Sancto Francisco*, qui scripsit anno MDCCXV; *Gabriel Ro-* „ *tomagensis*, qui scripsit anno MDCCXXI, quique *Octavii* scri- „ nia compilasse fertur; *Vilelmus Smits*, qui scripsit an- „ no MDCCXLIV (memorant hos *Bollandiani Analector. de* „ *S. Franc. part.* 4. *num.* 4. *et seqq.*) *Irenæus Affous*, cuius „ in rem litterariam promeritis nulla potest par oratio inve- „ niri, quique vitam *Heliæ* scripsit anno MDCCLXXXIII.; ac, „ qui omnium instar esse potest, *Flaminius Lateranus*, au- „ ctor libri inscripti *Manuale de' Frati Minori*, eoque consi- „ lio editi anno MDCCLXXVI, ut *Observantis*, *Reformatæque* „ militiæ tyrunculis *catechesis* esset, ac promptuarium doctri- „ næ domesticæ, ut post Evangeliorum volumina, post legi- „ slationis Franciscalis, et Bonaventuræ, Scotique libros non „ alium apud ipsos putem ad tantam auctoritatem assurgere. „ Denique, ne plus Franciscalium scriptorum scruter, nemo „ mihi librum paullo recentiorem, ab homine *Observanti*, vel „ *Reformato* elaboratum, et de hoc argumento vel cursim agen- „ tem deferet, quo suffragium incorruptionis sententiæ adii- „ ciatur.

„ Quæ quum ita se habeant (cunctanter dico, metuens „ ne Amplissimi Viri iniuriam sibi a me irrogatam queran- „ tur) illegitima omnino est impugnatio, qua Adversarii cau- „ sam meam urgent; nec iurisprudentia civilis aut sacra pro- „ curatores sinit adversus exploratam illorum, ut vocant prag- „ matici, *intentionem* stare, quorum ipsi negotia procurant. „ Adde in causa huiusmodi, quæ in litterariæ reipublicæ ver- „ satur oculis, agi quodammodo æstimationem, famamque „ certantium. At procuratoribus, *speciali* ad hoc *mandato* „ non instructis, interdicitur lege, ne æstimationis causas at- „ tingant. *Placet generali mandato quatuor causas excipi. Pri-* „ *mo excipitur famæ causa, idest ne procurator suscipiat de-* „ *fensionem domini in ea causa, quæ ad famam, et existima-* „ *tionem domini pertinet, neve quis negligentius adversus exi-*

„ *stimationem domini faciat*, *l. non solum §. ult. D. de proc.*,
„ quæ habes apud *Donellum tom. 8. oper. col.* 578. *Edit. Lucen.*
„ Nullum vero *speciale mandatum*, ut sententiam familiæ suæ
„ revocent, aboleantque, exserent profecto Adversarii, quum
„ nulla apud eos post hoc institutum iudicium habita sint
„ *generalia comitia*, in quibus mandari eis potuerit opinionis
„ receptæ detestatio; neque nos fugit, disceptationes de doctri-
„ na amplexanda, vel repudianda esse in sacris familiis e cen-
„ su rerum graviorum. De rebus autem maioris momenti non
„ nisi in generalibus familiæ comitiis sciscere legem licet.

„ Quod si eam Adversarii excusationem prætendant incon-
„ stantiæ suæ, licere sibi hoc tempore a sententia corporis D.
„ Francisci corruptione vitiati resilire, quemadmodum *Patri-*
„ *bus Conventualibus* licet, haud in primo vestigio hærere,
„ et ab incorruptionis sententia, quam antea tuebantur, mi-
„ grare in adversam, et corporeis exuviis corruptis, ut exu-
„ viis Francisci, cultum, atque obsequium velle deferri; fi-
„ denter regeram, argumentum *a pari*, vel *a simili*, in dis-
„ similibus, atque imparibus non posse constitui. Nam do-
„ ctrina, quam *Conv. Viri* de hoc argumento ad hanc diem
„ foverunt, duplici enunciato continebatur; quorum primum
„ Francisci exuvias a putredine, annorumque iniuria illæsas
„ constituebat; alterum vero ponebat, illas subterraneo rece-
„ ptaculo contineri, quod *tertiam Ecclesiam*, atque *infimam*
„ nuncupabant, sed tamen quod aræ maximæ, in *Ecclesia*
„ *inferiori* constructæ, ad perpendiculum responderet. Hinc
„ in aræ illius gradu lucernas deorsum tendentes, et inferio-
„ ra loca illustrantes, alebant. (*Demonstrationis pag.* 40. *prop.*
„ 2.) Iam vero primum doctrinæ de incorruptione caput non
„ ita valide ad assensionem rapiebat animos, ut postremum
„ de loco sacris exuviis ditato; de quo, præter traditionem
„ a prima ordinis ætate manantem, omnem ambiguitatem
„ per sua diplomata depulit Xystus V, Pont. Max. ac *Mino-*
„ *rum Conv.* præses olim supremus. (*Demonstrat.* §. 59., *et*
„ *seq.*) Repertis igitur nuper in Asisinati Basilica corporeis
„ spoliis quibusdam, corruptis quidem, verumtamen eo loci,
„ ubi Francisci spolium condi *Viri Conv.* non ambigebant,
„ necesse illis fuit aut primum, aut postremum doctrinæ pla-
„ citum recantare. Hoc in rerum articulo, quod minus fir-
„ mum, nec Romanæ Sedis auctoritate commendatum, li-
„ bentissimis animis, et ad veritatem flexilibus, abiecerunt.

,, Quid simile in *Observantibus* Viris, ac *Reformatis*? Ecquas ,, in angustias coniecti sunt, ut eorum *Generales Procuratores* deficere cogantur ab ea sententia, quæ contra *Patres Conv.* tanto nuper cum æstu defensitari apud ipsos solebat? ,, Cur veluti transfugæ ad incorruptionis patronos secedunt? ,, Sane huius transitus causam quærenti mihi se tenebræ offundunt, nec causam cerno.

,, Sunt enimvero qui putent, nec aliorum inculcare auribus vereantur, diuturnas contentiones, quæ has inter familias de antiquitate, ac primatu intercedunt, aliis *Portiunculanum* templum *Observantium*, aliis Asisinatem *Conventualium* Basilicam ædi cuique sacræ Ordinis Franciscani ,, præponentibus, has turbas, rerumque conversiones afferre. ,, Nam licet Benedictus XIII Pontifex controversiam compressam voluerit, ac parti utrique gratificatus *mandaverit*, ,, *ut ambæ Basilicæ, diversis licet rationibus, Beatæ Mariæ* ,, *quidem* (Portiunculanæ) *propter Ordinis primordia, Assisiensis vero propter sacrum Corpus Sanctissimi Institutoris* ,, *tamquam Ordinis Matrices ab omnibus Fratribus Minoribus* ,, *agnoscantur*; (apud *Ferraris in Biblioth. verb. Religiones* ,, *Regulares art.* 5.) tamen prærogativa illa promiscua neutros ,, quietos, pacatosque dimisit. *Flaminius* quidem *Lateranus*, ,, ut Basilica *Portiunculana* sola fastigium dignitatis teneret, ,, in *Manuali declarat.* 8., et anonymis præterea in libellis, ,, *Manualis* stylo concoloribus multa molitus est, quamquam ,, superis, atque hominibus iratis, ne pro certo liceat assumere, Francisci corpus in Asisinati Basilica condi, ac ne ,, causa illi maneat promiscui primatus.

,, Hæc in memoriam revocant homines male feriati, atque hinc causam tenere se dicunt, quare nostri Adversarii ,, a sententia corrupti corporis D. Francisci ad sententiam incorruptionis, desultorum in modum, repente transierint. ,, Cura, inquiunt, removendi Asisinatem Basilicam a societate primatus illos sollicitat, ac cogit obniti, ne inventæ sub ,, eius ara reliquiæ Francisci esse dicantur; utque nodum nectant, quod, ut rentur, solvi difficulter possit, exuvias corruptione pessumdatas modo ad Franciscum pertinere posse ,, inficiantur, sententiamque incorruptionis, quam taciti secum damnant, specie tenus nunc diligunt. Nonne, addunt, ,, e tuis adversariis unus in ipso libello, quem Pontifici porrigit sententiam de hac causa rogatus, nihil agit intentius,

„ quam ut ambiguum faciat, in Basilicam illatum Francisci „ spolium post tot perturbationes rerum in illa consistere?

„ Hisce ego sermonibus intersum sæpe, atque compellor. „ Mihi tamen de meis Adversariis honorifica quæque sentienti, semper erit obscurum, quare illi signa sua deseruerint, et incorruptionis patrocinium modo susceperint. Teneri tantum volo, a *Procuratoribus Generalibus* eius familiæ, cui incorruptio corporis D. Francisci est fabulosarum rerum fabulosissima, dum vires ei tuendæ impendunt, ius omne violari. Quare quod eorum obiectionibus pro hac sententia excogitatis occurro, nulla id necessitate compulsus præsto, sed ne superbe contempsisse tantæ auctoritatis viros dicar, ac ne quæsivisse latebram videar, qua tectus indicto certamini me subducam.

(*b*) „ Postquam sub aram inferioris Basilicæ maximam irruptum est, in rupe aræ subiecta patuit hiatus amplitudinis haud mediocris, utpote qui Arcam cineribus Francisci onustam, ac simul in solemni inspectione Episcopos quinque, Episcoporum Scribam, et Peritos viros illuc advocatos ceperit. (*Demonstrat. Summ. num.7.*) Controversia igitur de duplici, aut triplici Basilicæ ordine videtur nunc esse dirempta; ita tamen, ut partis utrinsque tutoribus plaudere sibi liceat de adepta victoria. Nam si tertiæ, intimæque ædis sacræ assertores patere ædem deorsum volebant, quæ laxitate, ac splendore superiores æquaret, certe illos ratio fugiebat. At rem acu tetigerunt, si tertiæ ædis nomine locum significabant, qui quidem superioribus ædificationibus magnificentia operis non responderet, sed tamen capiendo D. Francisci sepulcro par esset. Quapropter hæc de ordinibus Basilicæ, numero pluribus, vel paucioribus, controversia exercebit deinceps homines tantum, qui papyro, otioque superfluant. Accuratius tamen loquetur, qui cavum illud, in rupe patens *ecclesiæ* nomine non notabit, et duplici tantum ordine dicet, aut scribet constare Basilicam. Ita enim loquuti sunt quicumque ante *Vasarium* de Basilicæ ordinibus aliquid memoriæ mandarunt. *Auctor Chronici XV. Generalium*, cujus aetas ad exordia sæculi XIV referenda videtur (*Demonstrat. pag.* 31. *in Adnot.*) hæc habet apud *Affoum* in *Vita Heliæ pag.* 52. *Frater Helyas etc. postquam ILLAM DUPLICATAM ECCLESIAM ASSISII cum campanis, et campanili perfecit, fuit a ministerio absolutus*. De

„ Helia pariter verba facit *D. Antoninus in Summ. Histor.* „ *part. 3. tit. 24. c. 9. §. 1.*, ac scribit: *Illam ECCLESIAM* „ *MAGNAM, ET DUPLICATAM ASSISII cum campa-* „ *nili, et campanis perfecit*. Idem argumentum attingens *Pius* „ *II. Comment. lib. 2. DUPLEX EST*, inquit, *ECCLESIA*, „ *altera super alteram*. Praeterea *Francischinæ* auctorem, quum „ ex libro aliorum additionibus vitiato certum mihi sit, nihil „ mutuari. Sed præteriri non debet Leonis X diploma, da- „ tum anno MDXV., et ab *Angelio* insertum *lib. 2. Coll. Pa-* „ *rad. pag.* 70. quo Pontifex aliqua iubet *quoad conservatio-* „ *nem, et manutentionem TAM ILLIUS ECCLESIAE SU-* „ *PERIORIS, QUAM INFERIORIS*, ac sollicitus est de *FA-* „ *BRICA UTRIUSQUE ECCLESIAE*. „

„ Quum hic solemnis esset, ac receptus de Basilica Asi- „ sinati loquendi modus, discessit ab antiquis *Vasarius*, qui „ in *Vita Arnulphii*, *Lapi F. Vite dei Pittori etc. part.* 1. de „ Iacobo, Germano homine, ac Basilicæ architecto *disegnò*, „ inquit, *un corpo di Chiesa, e Convento bellissimo, facendo* „ *nel modello tre ordini, uno da farsi sotto terra, e gli al-* „ *tri per due Chiese etc.* Omnino in hoc *Vasarius* non so- „ lum a veteri loquendi formula, quæ nonnisi duplicem or- „ dinem Basilicæ tribuebat, sed ablusit insuper a veritate. Nam „ si cavum, suppositum aræ maximæ inferioris Basilicæ, ac „ Francisci spolium excipiens, in apparatu molis, atque in „ designatione architecti locum sibi vindicasset, aliquid maie- „ statis, ac decoris haberet adiunctum. At in receptaculo ci- „ nerum Francisci omnia sunt ita inelegantia, ac rudia, ut „ cernas, detrudendi illuc sacri corporis consilium in re tre- „ pida, ac sine architecti, ac doctorum artificum copia fuisse „ captum. „

„ Neque in hoc tantum a vero aberravit *Vasarius*, qui „ *ibid.* hæc etiam inconsultissime apposuit: *Avendo Frate Elia* „ *due anni innanzi la morte di S. Francesco edificato, mentre* „ *esso Santo come Generale era fuori a predicare, ed egli* „ *guardiano in Ascesi una Chiesa col titolo di nostra Donna,* „ *morto che fu S. Francesco concorrendo tutta la cristianità a* „ *visitare il corpo di S. Francesco etc. fu ordinato, che la detta* „ *Chiesa cominciata da Frate Elia si facesse molto maggiore,* „ *e più magnifica*. Non immoror in nomine, ac munere cu- „ stodis Collegii Asisinatis, quod Heliæ *Vasarius* imponit ex- „ tremo vitæ Francisci biennio, quum vicaria opera Franci-

„ scum eo tempore Helias juverit in totius Ordinis procura-
„ tione. Itaque Francisci Vicarius a nemine non appellatur is,
„ *quem loco matris* (Franciscus) *elegerat sibi*, *et aliorum fra-*
„ *trum fecerat patrem*; ut de Helia penes *Celanensem* scriptum
„ reperias *lib. 2. c. 2.* Animadvertere etiam in *Vasarium* præ-
„ termitto, quod, extremo biennio vitæ Francisci, eum ab He-
„ lia quasi perpetuo seiungit, *mentr'esso Santo*, *come Genera-*
„ *le*, *era fuori a predicare*, *ed egli* (Helias nempe) *guardia-*
„ *no in Ascesi*. Constat quidem, per ea tempora Franciscum,
„ ob totius corporis debilitatem, et in pedibus acerbissimum
„ doloris sensum, iumento utentem, has, illasque urbes, pa-
„ gosque adiisse, et circumtulisse, ut solebat, cælestis lumen
„ doctrinæ. Sed creber erat cum ipso Helias, qui valetudinem
„ eius, diuturnis cruciatibus fractam, impense curabat. Is
„ enim (quod *Celanensis* subdit *loc. cit.*) *compulit eum*, *ut*
„ *medicinam non abhorreret*, *sed eam reciperet in nomine Fi-*
„ *lii Dei etc. Sanctus vero Pater tunc benigne acquievit*, *et*
„ *humiliter obtemperavit sermonibus se monentis*. Insuper,
„ quod idem scripsit *cap. seq.* quum Franciscus *in mense etc.*
„ *sexto ante obitus sui diem etc. esset apud Senas pro infir-*
„ *mitate oculorum curanda*, et cœpisset *in reliquo corpore gra-*
„ *viter infirmari etc. ita quod visus est morti appropinquare etc.*
„ hoc *comperto*, *frater Helias citissime cucurrit ad eum etc.*
„ *Rogavit deinde* (Franciscus) *fratrem Heliam*, *ut eum Assi-*
„ *sium faceret deportari*. *Fecit bonus filius quod benignus*
„ *Pater petiit*, *et*, *præparatis omnibus*, *ipsum ad concupitum*
„ *locum perduxit*. Nec ab eo certe tempore Franciscus, at-
„ que Helias diversati seorsum sunt. Hæc adnoto, non ut *Va-*
„ *sarium* ob errata huiusmodi increpitem, quæ potuit sine
„ causæ meæ detrimento, meaque iracundia admittere; sed
„ ut omnes intelligant, quam ille parum accuratus huiusmo-
„ di de rebus sit auctor, quamque oscitans historicæ veritatis
„ inquisitor debeat haberi. Sed me graviter commovet, quod
„ Basilicam Asisinatem non illi novum opus est, ac Francisci
„ corpori excipiendo primum excitatum, sed laxatum, lon-
„ giusque porrectum ex ædicula quadam sacra, illic prius ab
„ Helia Matri Magnæ constructa. Ferrei profecto est oris, aut
„ saltem ingenii in vero vestigando ignavissimi rem tradere,
„ quam tota antiquitas ignorarit, immo cui tota antiquitas re-
„ fragetur, repugnet. Primo quidem non id alicuius incursu
„ quati potest, de quo veteres omnes consentiunt, collem,

„ olim extra Assisii ambitum assurgentem, et in quem Gregorius IX Francisci corpus inferendum mandavit, priusquam Pontifex hujusmodi consilium conciperet, *inferni collem* esse appellatum. (Consule *Adnotationem ad pag. 47. Demonstrat.*) At si ædes ibi sacra magnæ Virgini surrexisset, antequam occuparetur collis Æde laxiore, quæ Francisci exuviis pro conditorio esse deberet, numquid ei nomen infame, atque ominosum *Collis inferni* manere potuisset? Numquid non illud amisisset, priusquam domicilio cinerum Francisci legeretur? Si dirum nomen obliteratum est statim, ac de Francisco ibi condendo cogitari cœptum est; cum Virginis Sacratissimæ, ac Cœlorum Reginæ cultu, in eo colle constituto, potuit infausta, et execrata appellatio componi? Verumtamen id nomen colli manebat mense Martio anni MCCXXVIII, paulo ante nimirum quam Franciscus Cœlitum honoribus augeretur, atque extruendæ Basilicæ manus admoverentur. Extat apud *Azzoguidium in not. 26. num. 2.* ad *Vitam D. Antonii, a Siccone Polentonio conscriptam*, vetustum documentum, e tabulario Asisinatis Basilicæ, ac Collegii eductum, ex quo aliqua placet hic interponere: *In Dei nomine Amen. M. CC. XXVIII. Indictione prima. iii Kalendas Aprilis. Gregorio Papa viiii. et Friderico Imperatore existentibus. Dedit, tradidit, cessit, delegavit, et donavit simpliciter, et irrevocabiliter inter vivos Simon Puzarelli fratri Helije recipienti pro Domino Gregorio Papa nono petiam unam terre positam IN VOCABULO COLLIS INFERNI in Comitatu Assisii cui scilicet a duobus lateribus via a tertio bona Ecclesie S. Agathe, a quarto filiorum Bonomi, vel si qui alii sunt confines etc. ad habendum tenendum possidendum faciendum omnes utilitates, et usus Fratrum in ea videlicet locum Oratorium vel Ecclesiam pro Beatissimo corpore Sancti Francisci* (tunc nimirum sæpe antevertebant populi Ecclesiæ iudicium, *sanctosque* appellabant, quibus nondum is honor suffragio legitimo indultus) *vel quidquid ei de ipsa re placuerit imperpetuum etc.* Documentum huiusmodi sistitur tibi *nov. Summ. num.* 3. Atque hinc aliud etiam argumentum enascitur mihi ad evertendam *Vasarii* ædiculam, prius Basilica in isto colle, non ædificando, sed comminiscendo, positam. Etenim *Puzzarellius* agrum suum dono largitur *ad etc. faciendum etc. locum Oratorium vel Ecclesiam*..

Huiusmodi disceptatio nulla aptiori ratione poterat terminari, quam exponendo oculis omnium illud pretiosissimum Corpus. Quid facilius hoc experimento? Quid opportunius ad sedandos animos disceptantium? Nihil optabilius esse poterat communis pietatis et devotionis fidelium hac expositione. *Audierant enim Emum Cardinalem Ægidium Carillo Albernotium dum Assisii commoraretur ante annum 1364. cupido incessisse animum Corpus Sancti Francisci visendi; quod cum Venerabundus conspexisset, et impressa Christi Vulnera notasset, exclamasse, vel solum Franciscum ad confirmandam Chri-*

„ Non igitur ad ampliandum templum prius ibi constitutum, „ sed ut tunc primum existeret. Accedit, quod quum fines „ agri, a *Puzarellio* dono dati, describuntur, ædes Mariæ, „ a *Vasario* excogitata, nulla ex parte dicitur ei finitima. At „ videtur non id fuisse prætereundum, præsertim quum tan„ ta in eo documento eluceat in finibus describendis cura, „ licet ex translatitia formula addatur: *vel si qui alii sunt* „ *confines*. Ut de aliis scriba silendum duceret, de Æde Vir„ gini Deum enixæ dicata, et in omnium oculos, cogitatio„ nemque primum incurrente, certe non siluisset. Tot mon„ stra, nemini diglutienda, quum effuderit in ea narratione „ *Vasarius*, mirabimur eum de Basilica iam extructa addidis„ se: *Misero poi dinanzi alla Cappella Maggiore della Chie*„ *sa di sotto l'Altare, e sotto quello, QUANDO FU FINI*„ *TO, collocarono il Corpo di S. Francesco? At, ara absolu*„ *ta*, certe non est datum illi corpus Francisci posse suppo„ nere. Rupes enim, cui ara incumbit, *post absolutam aram*, „ quidlibet a se soliditate sua propulsavit, nec in illius sinum „ potuit quidquam immitti, nisi de superiore loco, ac prius„ quam ara extrueretur. (Confer *Summ. Demonstrat. num. 7.* „ *litt. D.*) Equidem *Vasarium*, qui pennicillo suo Italiæ glo„ riam peperit, quum verba facit vel de arte, quam exer„ cuit, vel de artibus ei affinibus, audio libentissime, nec „ quemquam eius auctoritati præpono. Sed quam supine, ac „ negligenter in historia rerum, artificumque se gesserit, lo„ cis *Tiraboschii*, ac *Lanzii* sexcentis docere possem, e *Lit*„ *teraria* illius, huius vero *Picturæ historia* depromptis; nisi „ supervacaneum ducerem, in re notissima cum alieno de„ decore me esse diligentem.

sti Religionem satis fuisse (*a*), et iis, aliisque similibus assertionibus imbuti clamabant dicentes: Cum semper fuerint, ac nunc sint, tot Judæi, Hæretici, Pseudo-philosophi, et inimici Religionis Catholicæ; cur non exhibetur, et palam fit oculis omnium hoc divinæ potentiæ prodigium, quod solum sufficeret ad conversionem Judæorum, ad convincendos Hæ-

---

(*a*) „ Ut incorruptioni corporis D. Francisci a se primum „ confictæ, ac iactatæ fidem conciliaret, fabulæ pater, *Pelbartus* hæc apposuit *Pomerio* suo *Serm.* 2. *de S. Franc. Cum* „ *quidam Cardinalis vix obtinuerit a Civibus, ut introduceretur ad cryptam*. Rursum *Serm.* 3. *de Stigmat. Cum quidam* „ *Cardinalis vidisset sacra stigmata Francisci, dicebat quod si* „ *nulla alia forent miracula, hoc sufficeret pro fide Christi roboranda, et firmanda*. Cernis, callidum sycophantam *Pelbartum*, quum vereretur, ne si Viri Cardinalis in cryptam „ admissi, et incorruptum Francisci exuvium intuiti, nomen „ proderet, facile posset de mendacio revinci, dignitatem, ac „ munus testis commemorasse, nomen silentio pressisse. *Pelbarto*, qui *Pomerium* edidit Lugduni anno MDIX, iunior „ fuit *Sepulveda*, qui historiam Ægidii Albernotii Cardinalis „ descripsit. Putavit autem *Sepulveda*, narratiunculam Pelbartinam in suum heroa, qui Assisium aliquando venerat, posse quadrare. Id ergo tradidit, quamquam non sine verecundia, scripsitque *historiæ Albernotianæ lib.* 3. *Dum* „ *Assisii Ægidius commoratur, cupido cepisse animum FER-* „ *TUR corpus sanctissimi Francisci visendi. Quod cum venerabundus conspexisset, et impressa Christi vulnera notasset*, „ *exclamasse dicitur, vel solum Franciscum ad confirmandam* „ *Christi religionem satisfecisse*. Habes homines in eodem ludo educatos, ac fere gemellos. Mendacium cudit *Pelbartus*, homo ex ultima Transilvania, cuique, suppresso Cardinalis nomine, qui incorruptum Francisci corpus inspexerit, satis tutum videbatur de re, quam in Italia accidisse „ narrabat, apud populares suos Transilvanos, vel etiam apud „ Lugdunenses, quidquid placitum comminisci. E re sua „ putavit deinde *Sepulveda*, Pelbartino Cardinali, nomine carenti, Ægidii Albernotii nomen imponere. Quid dubitaret? „ Num deficeret animo? Imposuit. Tantum ut audaciæ suæ „ velum præpanderet, adhibuit voculam *fertur*. Inquit enim:

reticos, ad refrænanda ora Pseudo-philosophorum, et ad confirmandum sanctum Jesu Christi Evangelium et Doctrinam? Sed reponebant PP. Conventuales: id vetitum esse à san. mem. Paulo V. Decreto, eo jubente, dato 28. Augusti 1607. ab Emo Cardinali Alfonso Viceecomite ipsorum Protectore.

3. At, cum iis diebus nostris, remota per R. A. P. Josephum Miceli, Procuratorem Generalem Ordinis Minorum Conventualium in Curia Romana, ex motivo ab ipso exposito in Summario fol. 23. et factis cum licentia et beneplacito S. V. longis, et laboriosis indagationibus, inventa sint sub Ara maxima Basilicæ Assisiensis in arca saxea Ossa et cineres unius Corporis humani, et alia, quæ ex dictis testium, ex Processu R. Episcopi Assisiensis, ex Recognitionibus quinque RR. Episcoporum, et ex Declarationibus Medicorum et aliorum Peritorum, contentis in Summario, constant, et de quibus singillatim postea loquendum erit: Cumque Reverendissimus P. Generalis Joseph Maria de Bonis, a communi Omnium Conventualium antiqua et usque nunc constanti opinione de incorruptione et aliis circumstantiis Corporis S. P. N. Francisci de-

---

„ *Cupido cepisse animum* (Ægidii) *FERTUR corpus sanctissimi Francisci visendi*. At enim opportunius esset ad „ Albernotianam inspectionem tuendam, e *Sepulvedæ* oratione „ vocem *fertur* extrudi. Quidni ergo exulet, atque evanescat? „ Hinc apud V. C. Adversarium, qui hoc loco verba *Sepulvedæ* exscribit, verbum *fertur* in malam crucem abire iussum „ est. Nonne igitur quoad Albernotianam inspectionem omnia „ iam explorata, ac plana?

„ Verumtamen si tecum volvas, eam ab ipso *Sepulveda* „ ad annum MCCCLIV referri, *Sepulvedam* vero post annos ab „ eo tempore ferme ducentos historiæ Albernotii scribendæ „ manum admovisse, quantum, vel potius quam nihil eius „ testimonio deferendum sit, colliges. Cæterum gesta Ægidii „ Cardinalis, qui Legati Romanæ Sedis munere cum eximiæ „ fortitudinis laude in Italia functus est, melius, ac certius „ Itali homines discimus a scriptore nostrati, quique Ægidii „ temporibus vitam vixit. Historiæ ab eo scriptæ fragmenta intulit *Muratorius in tom. 3. Antiq. Ital. Med. Æv.* im- „ plentque plurimas paginas. In locis autem eius historiæ „ superstitibus, ac de Ægidio agentibus, qui permulti sunt,

sistendo, suppliciter petat, et *confidat futurum esse, ut inventæ Assisii sub Ara Basilicæ maxima Exuviæ Supremo Judicio S. V. habendæ ac colendæ statuantur pro Reliquiis illius Corporis, quod pientissima, ac dudum recepta Coelo S. P. N. Francisci Anima incoluit*: placuit S. V. ordinare, ut scripturæ ad Procuratores Generales Observantium, Capuchinorum, ac Tertiariorum mitterentur, ut, si quid dignum expositione ipsis occurrisset erga solicitudinem RR. PP. Conventualium, libere exponerent, ut ex litteris R. P. D. Joseph Antonii Sala, cum remissione dictarum Scripturarum, datis, 6. Septembris Ultimi, anni currentis 1819. constat.

4 Huic muneri, quantum mei erat, ut satis facerem, legi, quæ sedula vigilantia, et omni qua potui attentione perlegi, quæ in Positione, et Summario continentur. Et non potui non demirari latini Sermonis puritatem, sagacissimum ingenium, solertem artem, subtilissimam argumentorum aciem, necnonque vastissimam Eruditionem, quibus identitatem Corporis inventi S. P. N. Francisci nititur probare. Nihil, enim, eorum, quæ ipsi ad monstrandum Ossa et alia, quæ sunt inventa sub Ara maxima Basilicæ esse Reliquias Corporis Sancti Patriarchæ, convenire poterant, intactum reliquisse, mihi vi-

---

„ distinctique plurima in capita, prodigium visi ab Ægidio vi- „ vidi corporis D. Francisci silentio præteritur; quod Italus „ scriptor, ac certe honori studens Herois Sancti, quo nullum „ genuit Italia clariorem, haud tacitus prætermisisset, siqui- „ dem eius rei fama ulla has regiones peragrasset. Neque eo „ confugias, ut dicas, non omnia in hac historia esse inte- „ gra, sed multas intercidisse eius partes, et deperditis parti- „ bus fortasse consignatam fuisse inspectionis Albernotianæ „ memoriam. Nam prodigii testis Ægidius fuisse dicitur an- „ no, ut meminimus, MCCCLIV At historicus noster Ægidii, le- „ gatione Pontificia fungentis facinora describere incipit capite „ *quinto* libri apud *Muratorium tertii*. Omnia vero minime mu- „ tila sunt in eo libro, ac capite usque ad annum MCCCLIV, et inse- „ quentes nonnullos. Nam capite XI, ad quod scriptio per- „ venit minime manca, Ægidius Cæsena potitus fuisse narra- „ tur, *Ordelaffiorum* in eam impotenti dominatu everso. Id „ autem contigit anno MCCCLVII, ut planum est ex *Chron.* „ *Cæsen. tom. XIV. Scriptor. Rer. Italic.*

sum fuit. At huiusmodi argumenta et fundamenta, quibus ea confirmat D. Advocatus, etsi speciosa valde; non tam solida firma, et efficacia esse, censerem, ut ex ipsis certe et indubitanter convinci queat, inventas exuvias pro Reliquiis Corporis S. P. N. Francisci habendas, et colendas esse. Quapropter, cum certum sit ex sententia sapientissimi Benedicti XIV. (lib. 4. de Beat. et Canon. SS. Dei part. 2. Cap. 24. n. mihi 2. et 7. et fol. 284. et 286.) *non posse, ad publicam exponi venerationem Sanctorum Corpora, sacrasque Reliquias, nisi de ipsarum constet identitate . . . Et hodie sive agatur de identitate Corporum et Reliquiarum coram Ordinario, sive coram Sacrorum Rituum congregatione constare debet de Corporum et Reliquiarum identitate per probationes firmas, et, si non metaphysica vel physica, saltem morali evidentia certas*: mihi indicare, propositum est, non contradicendi animo, nec adumbrandi veritatem, sed meæ conscientiæ et obligationi satisfaciendi desiderio, Argumenta Positionis non talia esse, ut ex ipsis deduci et concludi possit, opinionem de incorruptione et integritate Corporis, quam semper usque num defensarunt RR. PP. Conventuales, falsam esse, certe et evidenter moraliter: exuviasque inventas sub Ara Basilicæ maxima non esse eius naturæ, ut, etiam si supponatur, tamquam certa corruptio corporis Sancti Patriarchæ, constare possit nec evidentia morali, eas esse habendas pro Reliquiis ipsius sacri corporis. Hoc faciam, et, si non tanta verborum gratia et pondere, quanta necessaria foret in hoc arduissimo et gravissimo negocio, ad minus cum ea moderatione, modestia, et submissione, quibus sancta sanctorum negocia debent tractari maxime coram sacra sapientissimorum Eminentissimorumque Virorum Congregatione, cuius correctioni, et juditio quæcumque dicturus sum, et dixero, subiicio, et supremo S. V. cui semper me obediturum protestor.

5. Cl. D. auctor positionis, ut probet identitatem corporis inventi S. P. N. Francisci geminas in partes totam suam disputationem secat, quarum primam *historicam* dicit, alteram autem *contentiosam*. Fateturque, *in ipsa expositione historica contentionibus nonnullis, haud sane levibus se implicandum*, fol. 2. Mihi, ad indicandum, et ostendendum, ex iis, quæ sunt in positione non constare, neque morali evidentia, opinionem de incorruptione et integritate, aliisque circumstantiis corporis S. P. N. Francisci, quam semper sustinuerunt RR. PP.

Conventuales, falsam esse, sufficere censerem, manifestare huiusmodi contentiones, certe non leves, quibus in sua expositione historica implicatur cl. auctor, (a) sæpissime agitatas, hinc inde, Conventuales inter auctores, et observantes, numquam fuisse terminatas, nec terminari posse, nisi alia exhibeantur testimonia, et argumenta firmiora, solidiora, gravioraque, quam quæ exposita fuerunt. Quæ enim in positione habentur pro corruptione corporis S. P. Francisci, si cum iis, quæ pro incorruptione et integritate ipsius corporis sunt, conferantur, nec firmiora et graviora videntur, nec intellectum ita valide et invicte agunt, ut illis potius, quam istis assentiatur. Quod, ut moralis adsit evidentia, necesse esse, cl. autor positionis testatur, fol. 64. n. 55.

Conveniens, immo necessarium esse, eas, in quibus

(a) „ In *Præfatione* verborum parca, quam meæ *Demonstrationi* præfixi, hæc reperias: *Ipsa nos expositio historica* (eorum quæ ad Francisci corpus pertinent) *contentionibus nonnullis, haud sane levibus, implicabit*. Hæc arripit V. C. „ Adversarius, et in me detorquere conatur, perinde quasi „ profitear meas probationes male nutare, qui dico, me in „ ipsa historica expositione *implicari difficultatibus haud sane* „ *levibus*. Sed aliud est difficultatibus premi aliquem, aut „ *implicari*, aliud non posse ab illis sese expedire. Sane qui re- „ putet, latinam linguam, instructam verbo *implicare*, non respuc- „ re verbum *explicare*, non arbitrabitur, cum, qui implica- „ tur, perpetuo implicitum manere debere. Quid otiosius ver- „ bo *explicandi*, siquidem in eum, cui implicari contingat, „ fortuna vices aliquando non mutet? An non variorum vo- „ cabulorum fictio, et sæpe iisdem vocabulis hæ, vel illæ „ præpositiones agglutinatæ, ac iunctæ, ut in *explicandi*, *im-* „ *plicandique* verbis accidit, indicio sunt, antiquis homini- „ bus, linguarum conditoribus tot res, rerumque actiones, „ conditiones, ac status fuisse cognitos, quot vocabulorum „ sunt varietates? Optandum, ut V. C. Adversario per negotia „ liberum aliquando sit adire scriptores, qui grammatica in „ provincia philosophati sunt; quorum *Compagnonius*, vir et „ eruditione, et acumine in disserendo præstans, seriem pro- „ lixam explicat in iis, quæ præfatur ad *part.* 2. libri hoc ti- „ tulo insigniti: *Elementi d'Ideologia del Conte Destutt di* „ *Tracy. Milano* 1817.

se implicat, contentiones historicas ob oculos ponere, et, an terminentur, et claræ fiant ex documentis et rationibus a cl. positionis autore adductis et allatis pro evidentia morali corruptionis sacri corporis, examinare, nullum, credo, negaturum esse.

P R I M A

De Arca, in qua conditum fuit Sacrum Corpus.

6. Cl. autor fol. 7. stabilit propositionem VI. hanc = *Ad templum D. Georgii, in Urbe Assisii consurgens, quum pervenisset sacra pompa, ibi D. Francisci exuviæ in* arca saxea *sunt conditæ* = idem reiterat fol. 78. n.° 65.

At non solum *scriptores vitæ D. Francisci de arca saxea ad claudendum eius corpus verba faciunt nulla*; ut confitetur cl. auctor: sed nullam aliam arcam, nisi *ligneam*, agnoscunt, in qua conditum fuerit Sacrum Seraphici Patriarchæ Corpus ex quo portatum fuit, et translatum a conventu portiunculæ usque ad ultimam translationem inclusive ad Basilicam novam suo nomini dicatam. Thomas Celanensis, unus ex sociis Sancti Patris, et testis, cuius commentarium de S. Francisci Vita est apud Bollandianos die 4. Octobris, loquendo de translatione ad Templum D. Georgii, sic ait: *cumque portantibus filiis patrem . . . perventum esset ad locum, in quo Religionem et Ordinem Sacrarum Virginum et dominarum pauperum ipse primo plantavit, deponentibus eum in Ecclesia S. Damiani . . . aperta est arca in qua portabatur a paucis.* Cl. auctor positionis hoc Celani testimonio utitur in confirmationem suæ propositionis IV. sic: *Quum enim (Thomas Celanensis narrat oculis D. Claræ, eiusque sociarum fuisse exhibitum S. Francisci Corpus) aperta, inquit, est arca, in qua portabatur.* Qua de causa omisserit illud *a paucis?* nescio. Sed dicerem: quod ex hoc Celani testimonio clarissime infertur, *Arcam* illam fuisse non *saxeam*, sed ligneam. Quomodo, si Saxea, portari potuisset a paucis? vel; quando nam fabricata et disposita illa arca saxea, in qua D. Francisci exuviæ fuerunt conditæ, cum pervenit sacra pompa ad Templum D. Georgii? *Totam noctem illam, in qua obiit Pater, Divinis laudibus consumarunt*: sicut asserit cl. auctor cum Celano prop. II. fol. 4.

Statim ac dies illuxit, instructa fuit pompa, qua Sancti Viri Corpus in Templum D. Georgii deferretur: uti cum B.Bonaventura et aliis stabilit in prop. III. fol. 6. Nullum ergo fuit tempus sufficiens pro arca saxea fabricanda et disponenda. Proindeque probabilius videtur dicendum: Corpus Sancti Patris Francisci in *arca lignea*, in qua portatum fuit a paucis, conditum fuisse in Templo D. Georgii.

7. Hoc ipsum clarissimis verbis testatur Bartholomæus Pisanus, relatus in Summario fol. 22. n. 38. *Perducto, ait, Corpore Assisium, quia in dicto loco, ubi indicaverat sepeliendum nulla erat habitatio, eius Sacrum Corpus in quadam capsa nova de lignis incluserunt, ac in deposito in Ecclesia S. Georgii deposuerunt . . . In dicto loco stetit pene per quatuor annos usquequo fuit translatum eius corpus ad locum ubi nunc jacet.*

8. Sacrum Corpus, dum permansit in Templo S.Georgii, occlusum stitisse in arca lignea, in eaque fuisse translatum ad Basilicam novam suo nomini consecratam, testatur Wadingus apud Bollandianos die 4. Octobris fol. 682. pag. I. n. 719. *Multis, ait, præmissis præludiis, et magna præparata solemnitate tandem in profesto Pentecostes, die 25. Maii facta est translatio; elevata e terra, magno cum clangore tubarum, aliorumque instrumentorum capsa lignea, in qua Sanctum Corpus occludebatur.* Non ergo in arca saxea, sed lignea Corpus S.Patriarchæ fuit depositum, in Templo D. Georgii: in arca lignea permansit: in arca lignea fuit translatum ad novam Basilicam: et in arca lignea erat quando *Cives Assisiates et Rectores civitatis vesano spiritu comitati, ut ait Gregorius IX. in suo diplomate* Speravimus, *non attendentes, quod sacra mysteria non nisi a sacris sunt tractanda ministris, prædictum Corpus ausu sacrilego rapientes, in superbia et tumultu translationis mysterium damnabiliter prophanarunt, non passi, a fratribus prædicto Sancto Venerationem debitam exhiberi.*

9. Unicum documentum, quo utitur cl. auctor, pro statuenda arca saxea, desumptum est ex S. Ioanne a Capistrano scribente *ad civitatem relatus, in Ecclesia S. Georgii, ubi puerulus litteras didicerat, in arca saxea reverenter reconditur etc.* Quantum defatigetur cl. vir pro hoc documento sustinendo, ex cronica latina quam attributam huic sancto dicit conservari in Biblioteca Corsini, sed cuius mentionem nullus Nomenclator Bibliographus facit, incredibile videtur. At

potuit videre ea quæ dicuntur in nota *A* super hanc S. Ioannis a Capistrano auctoritatem comparata cum documento Bartholomæi Pisani: *il Pisano, come di sopra riferimmo, scrive: in quadam capsa nova de lignis. Ma ben poterono, anzi par che dovessero, essere due arche, una di legno dentro l'altra di marmo.* (*a*) Sed cum de hoc postea loquendum sit, rogo,

---

(*a*) „ Defossæ sub ara Asisinati reliquiæ *arca saxea* clau„ duntur. Quum ex *Codice Corsiniano*, quem *Lombardius* con„ suluit (*Summ. Demonstrat. num. 2. ibique num. 41.*) perspi„ cuum sit, Francisci corpus *ad civitatem relatum in Eccle„ sia S. Georgii etc. IN ARCA SAXEA reverenter recondi„ tum*; non leve hinc argumentum existit, quo probetur, Asi„ sinates saxeo receptaculo clausas reliquias esse illius Franci„ sci, qui *in arca saxea* est *reverenter reconditus*. Non mihi „ tamen hoc loco dissimulandum est, verba *Corsiniani Codicis* „ mihi faventia non esse revera *D. Ioannis Capistranensis*, ut, „ codice nondum inspecto, censui. Quum enim *Lombardius* „ priusquam orationis textum afferat, de ætate *Capistranensis* „ nonnulla præponat, scribens: *Nello stesso secolo fra il Pon„ tificato di Martino V, e di Calisto III che verrà in ap„ presso citato, fiorì S. Giovanni da Capistrano etc.* illinc se „ mihi nubes, et error offudit; quique inspiciendi Codicis „ nondum copiam habueram, putavi verba a *Lombardio* re„ præsentata *Capistranensis* esse, quod ad ætatem illius no„ scendam *Lombardius* facem quodammodo prætulerat. Atta„ men non ita sese res habet. Testimonium de arca saxea, „ Francisci exuviis tegendis usurpata, auctoris est *legendæ* cu„ iusdam *antiquæ*, ac *brevis*, quam integram exhibet, et li„ bro suo inserit Auctor Chronici in *Bibliotheca Corsiniana* „ asservati, et *D. Ioanni Capistranensi* perperam fortasse tri„ buti in Codicis inscriptione. Ac *Corsinianus* quidem Codex „ exscriptus est, ut illius frons habet, ab exemplari vetustio„ re, quo *Iacobus Boncompagnius Soranorum Dux* potieba„ tur; quod tamen non est satis, ut D. Ioanni tribuatur „ opus, quod nemo unus ab eo scriptum narravit, et cuius „ argumentum licet Ioannis pietati consentiat (gesta enim de„ scribit sanctorum heroum, qui toto Occidente floruerunt) „ tamen habet multa permixta de antiquis regionum incolis, „ ac de urbium dignitate, et origine, quæ certe D. Ioannes

sapientissimos Iudices præsentem habere dignentur responsionem cl. auctoris circa opinionem Pelbarti fol. 36. n. 27.

„ minime consectabatur, nec ad sobriam, piamque eruditio-
„ nem, cui uni studuit, pertinere putabat „

„ Nihilo tamen minus inserta illi *brevis antiqua*, ut ibi
„ appellatur, *legenda D. Francisci* nullum habet suppositio-
„ nis indicium, quare eius apud nos auctoritas nutet. Nihil
„ enim illius auctor, Francisci vitam in pauca conferens, de
„ illo tradit, quod non in *Celanensi*, ac *D. Bonaventura* ex-
„ plicatius, fusiusque narretur, quodque cum illis non miro
„ consensu conspiret. Tantum apud illum expressa est (quod
„ in *Celanensi*, ac *Bonaventura* desideratur) materia arcæ,
„ quæ in templo D. Georgii exuvias Francisci excepit; cuius
„ rei causa, tempore hinc remoto, confictum fuisse opuscu-
„ lum, nemo suspiciosissimus suspicabitur.

„ Nunc, quid contra vetustissimi scriptoris de arca saxea
„ testimonium, præstantissimus Vir, Adversarius disputet,
„ animadvertere ne gravemur. Ait ex *Celanensis* testimonio
„ prodi, arcam illam non *saxeam* fuisse, sed *ligneam*. Ap-
„ ponendus est integer *Celanensis* locus de funebri pompa,
„ quæ acta est, vita functo Francisco, qualis apud *Celanen-*
„ *sem* describitur *lib. 2. c. 4. Mane autem facto* (post noctem,
„ in qua Franciscus sedes ad superas evolavit) *convenit mul-*
„ *titudo Civitatis Assisii cum omni Clero, et tollentes corpus*
„ *sacrum de loco, in quo obierat, cum hymnis, et laudibus,*
„ *clangentibus tubis, ipsum ad civitatem portaverunt. Acceperunt*
„ *singuli ramos olivarum, aliarumque arborum sacras obse-*
„ *quias solemniter exequentes, multiplicatis luminibus omnia*
„ *vocibus altissimis exsolvebant. Quumque, portantibus filiis*
„ *Patrem, et grege sequente Pastorem, ad Pastorem omnium*
„ *properantem, perventum esset ad locum, in quo Religionem,*
„ *et Ordinem sacrarum virginum, et dominarum pauperum ipse*
„ *primo plantavit, deponentibus eum in Ecclesia S. Damiani,*
„ *in qua decem filiæ suæ, quas Domino acquisierat, moraban-*
„ *tur, aperta est fenestra parvula, per quam ancillæ Christi*
„ *constituto tempore communicare solent Dominici Corporis Sa-*
„ *cramento; APERTA EST ARCA, IN QUA PORTABA-*
„ *TUR A PAUCIS, qui multos portare solebat; et ecce do-*
„ *mina Clara etc.* Exsequitur hic scriptor clamores, piasque

SECUNDA

De jactato prodigio stantis, ac vividi Corporis S. P. N. Francisci.

10. Fol. 11. num. 3. Cl. Auctor dicit „ *Non Thomæ Celanensi, non Joanni a Ceperano, non tribus sociis non D. Bo-*

„ lamentationes mulierum ad Francisci feretrum. Tum pergit: *Pervenientibus denique omnibus ad civitatem cum jucunditate magna, et exultatione, in sacro loco* (in æde nimirum D. Georgii) *sed sacriori de cætero, posuerunt sanctissimum corpus; ubi ad gloriam summi omnipotentis Dei novorum multiplicitate miraculorum mundum illuminat, sicut hactenus eum in sanctæ prædicationis doctrina mirabiliter illustravit. Deo gratias.*

„ Conspicuum est, et illustre, arcam *Celanensis* oratione descriptam, quæ in æde D. Damiani *aperta est*, et *in qua portabatur a paucis* Francisci cadaver, non esse arcam illam *saxeam* de qua mentionem habet *scriptor legendæ* in *Corsiniano Codice* allatus, et in qua *ad civitatem relatus etc. reverenter reconditur*. Num enim saxeum conditorium una cum Francisci cadavere *paucorum* hominum subferre humeri valuissent?

„ *Vix illud lecti bis sex cervice subirent,*
„ *Qualia nunc hominum producit corpora tellus.*

„ Nec sæculi XIII homines multum a nostra puto debilitate distasse. Gemina igitur in funere D. Francisci adhibita est arca. Prima, de qua loquitur *Celanensis*, gestata *paucorum* humeris, dum a Portiuncula iter faciunt Assisium, ideoque ligneis e tabulis iuncta. Altera, de qua meminit *brevis antiquæ legendæ scriptor*, ponderosa, immobilis, ac Francisci reliquiis in templo D. Georgii capiendis addicta. Ac quia, quum delatæ sunt in D. Georgii templum, consilia de Basilica ædificanda, transferendoque in illam exuvio Francisci nondum agitabantur, decuit sane, saxea, non lignea, illud arca concludi, ne, lignis brevi putrescentibus, sacræ exuviæ sine operimento relinquerentur. Nihil vero *Thomas*

naventuræ , non ulli e scriptoribus illius sæculi, quo vixit Franciscus , non denique scriptori ulli sæculi XIV vel XV excidit verbum , quo Corpus Sancti Patriarchæ corruptioni haud obnoxium fuisse prodatur. „

Qui defendit aliquam opinionem argui certo et evidenter , etiam evidentia morali , non posse de falsitate ; non di-

---

„ *Celanensis* arcæ saxeæ adversum tradit. Etenim scribit: *Pervenientibus denique omnibus ad civitatem cum iucunditate magna , et exultatione in sacro loco , sed sacriori de cætero , posuerunt sanctissimum corpus*. Fortene *posuerunt* ea ipsa in arca, qua in templum fuerat delatum? Negatne *Thomas Celanensis* e priori in alteram arcam fuisse traductum? Nihil huiusmodi. Cur ergo quasi a *Celanensi* negatum assumis? Cur testimoniorum conflictus fingis,

„ *Et pila minantia pilis?*

„ Hic etiam ego in invidiam vocor , ac criminor , quasi qui attuli verba *Celanensis* illa : *Aperta est arca , in qua portabatur* ; data opera prætermiserim binas voculas insequentes : *a paucis*; perque fraudem hanc caverim, ne de arca saxea narratio, ex alio scriptore a me sumpta , gerulorum paucitate refelleretur. Sed usus , qui mihi verborum *Celanensis* incidit, tum ut ostenderem, Francisci cadaver haud vulgari sandapilæ fuisse impositum (*Demonstrat. pag.* 6 *prop. IV*) tum etiam ut inquirerem, num ad corruptionem arcendam ab eius exuviis contulisset arcæ munimen (*Ibid. pag.* 16 §. 9 , *et pag.* 18) haud poscebat exponerem, a paucisne, an a pluribus Franciscus elatus sit feretro. Nec quidquam mihi suspicionem movebat fore, ut *Celanensis* testimonium cum testimonio scriptoris *antiquæ legendæ* conferri aliquando deberet. Semper enim, pro mei intellectus modulo, existimavi , eorum narrationes minime vicissim confligere , sed unum de arca , procedente funeris pompa, gestata, alium vero sermonem habere de loculo , cui in templo D. Giorgii concreditum est Francisci spolium, non amplius illinc, ut videbatur tunc , amovendum . Quare, qui me neque Isiacum coniectorem , neque interpretem somniorum profiteor, vacavi certe culpa, quum verba non attuli, quæ ad hanc

cit, nec affirmat illam esse certam et evidentem ullo modo. Sunt enim multæ opiniones falsæ, quarum falsitas probari nequit certitudine evidentiali. In opinionibus contradictoriis, unam earum ad minus falsam esse, nullus est qui ignoret; at ex parte cuius stet falsitas sæpissime probari et cognosci non potest certe et evidenter. Exemplum do. Ex D. Bonaventura probant Observantes Corpus S. P. N. Francisci in ossa et cineres resolutum fuisse, consequenterque non integrum permansisse: contra PP. Conventuales ex ipso Sancto Bonaventura probarunt usque nunc Corpus S. P. N. Francisci incorruptum, integrumque mansisse usque ad annum 1230, in quo translatum fuit, proindeque tunc non fuisse in ossa, et cineres resolutum. Quis non argueret tamquam temerarios, immo falsarios Conventualium auctores inter ipsos celeberrimos, qui probarunt incorruptionem Corporis S. P. N. Francisci testimo-

---

„ disputationem attractum iri, nonnisi Tiresias aliquis præ-„ sentire potuit.

„ Scriptori nostro non dubitat Adversarius *Bartholomæum* „ *Pisanum* opponere, qui Francisci cadaveri tegendo non aliam „ unquam, nisi *de lignis*, arcam adhibet. *Pisani*, *conformi-*„ *tatum* plerumque ineptarum excogitatoris, quique signum „ extulit ad desipiendum, et ad Franciscum Christo ferme „ exæquandum, acumen, ac sollertiam novimus. Legerat il-„ le credo apud *Celanensem*, Francisci exuvias *a paucis* in „ arca fuisse delatas. Hinc apparebat, non alia ex materie, „ quam lignea, mobilem, et paucorum humeris impositam „ arcam fuisse compactam. Sed ut qui stomacho laborant, „ optimos cibos pessimum in succum vertunt, ita *Pisanus* „ ex ea *Celanensis* verissima narratione pessimum intulit con-„ sequens, nimirum, ea ipsa in arca Francisci corpus terræ „ esse mandatum. Sed si mihi hominem alloqui potestas es-„ set, nullo eum negotio mihi conciliarem, et, fabrefacta „ repentina *conformitate*, ut palinodiam caneret, mihique fa-„ veret, adigerem. Quia enim Christi corpus *posuit* (Iose-„ phus, ab Arimathæa nuncupatus) *in monumento suo no-*„ *vo, quod exciderat in petra* (*Matth.* 27 60); hinc non li-„ gneo, sed saxeo conditorio Francisci cadaver excipi oportuis-„ se, ac reapse exceptum esse, contenderem. Quæ profecto „ *Pisanus* ille, manantibus præ gaudio lacrymis, acciperet,

niis D. Bonaventuræ, si D. Bonaventuræ non excidit verbum, quo Corpus Sancti Patriarchæ corruptioni haud obnoxium fuisse prodatur?

11. Crederem nullum, qui legerit caput XV. legendæ S. Bonaventuræ, in quo agit de canonizatione Sancti Patris Francisci, et de translatione corporis sacri, posse affirmare tam confidenter: *Bonaventuræ non excidisse verbum, quo Corpus Sancti Patriarchæ corruptioni haud obnoxium prodatur. Anno vero domini*, inquit Seraphicus doctor (in dicto cap. XV.) *millesimo ducentesimo trigesimo, convenientibus fratribus ad capitulum generale Assisii celebratum, ad Basilicam in honorem ipsius constructam corpus illud domino dedicatum octavo Kalendas Iunii translatum est. Dum autem ille sacer transportaretur thesaurus Bulla Regis Altissimi consignatus, miracula plurima ille, cuius effigiem præferebat, operari dignatus est, ut per odorem ipsius salvificum affectus traheretur fidelium ad currendum post Christum.* (*a*)

„ ac gratias ageret, quod tam ingeniose, tam valide, tam in „ tempore sibi subsidiarius miles accesserim.

„ De *Wadingo*, quem insuper contra Scriptorem nostrum „ V. C. Adversarius loquentem inducit, (*huius Opusc.* §. 8) „ dicere supersedeo, quod in re antiqua, erutis ex antiquita- „ te testimoniis, non autem arreptis quocumque ex ævo, „ certandum sit. Satius erit adnotare, nihil solidi Adversarium „ afferre, dum (huius Opusc. §. 6) arcam saxeam eo aggre- „ ditur argumento evertere, quod Franciscus die postero noctis „ illius, in qua se corporeis e vinculis explicavit, illatus est „ in sepulcrum. Negat enim, tam brevi temporis spatio sa- „ xum legi, cædi, cavarique in arcam potuisse. Sed loculum „ illum saxeum haud primum fuisse conditum, quum Fran- „ cisci corpus texit, verumtamen alicunde arreptum sanctis- „ simo cadaveri claudendo tunc fuisse usurpatum, *Demonstra-* „ *tionis meæ pag.* 51 cumulate probatum dedi.

(*a*) „ Hac ratione si me gessissem, qua V. C. Adversarius „ sese gerit hoc loco, nullus esset mei arguendi, et increpan- „ di modus. Nam qui in afferendo *Celanensis* textu ad vo- „ culas *a paucis* non perveni, quas, nihil affine, ac iunctum „ habere cum argumento disputationis sentiebam, in suspicio- „ nem fraudis, immeritam quidem, sed tamen ingenuo ho-

12. Erit ne inter RR. PP. Conventuales unus, qui, hæc S.Bonaventuræ verba, ignoret, tam clara suis celeberrimis auctoribus, ut ex ipsis probarent incorruptionem S.Patris Francisci, quando fuit translatum ad Basilicam in honorem ipsius constructam? At vero, si aliquis de iis est inscius, audire, dignetur, R. P. Raymundum Missorium, Ordinis Minorum

---

„ mini acerbissimam, vocatus sum. At numquid in *D. Bo-*
„ *naventuræ* textu, quem Adversarius exponit, non hæc sta-
„ tim, ad controversiam certe pertinentia, sequuntur: *Erat*
„ *revera condignum, ut quem Deus in vita placentem, et di-*
„ *lectum effectum etc. ad cælum in curru igneo per caritatis*
„ *zelum rapuerat etc. eius iam vernantis inter flores illos cæ-*
„ *licos plantationis æternæ OSSA ILLA FELICIA de loco*
„ *suo pullulatione mirifica* (prodigiorum) *redolerent?* Non-
„ ne *Bonaventura*, qui Francisci corpus, in Basilicam illatum,
„ *thesaurum* vocavit *bulla Regis Altissimi consignatum, præ-*
„ *ferentemque Christi effigiem*, illud statim, atque, orationis se-
„ rie non interrupta, OSSIUM FELICIUM appellatione desi-
„ gnavit, ac nos veluti iussit ab eorum commento declinare, qui
„ prioribus eius verbis abusi statuunt, translationis tempore,
„ Francisci membra fuisse corruptionis expertia? Ac quum ali-
„ bi etiam Bonaventura Francisci exuvio *Ossium* nomen im-
„ ponat, hinc *Bollandiani*, qui quidem antea suspicati fue-
„ rant, per *synecdochen* a *Bonaventura* ossium mentionem
„ fieri, *partemque*, ut decere rhetoras audio, *pro toto* usur-
„ pare, tamen, re melius pensitata, ac totum hunc, qui no-
„ bis obiicitur, locum accurate excutientes, *fatendum nihilo-*
„ *minus est*, aiunt, *istas eiusdem sancti scriptoris phrases*:
„ *PRETIOSUS SACRORUM OSSIUM THESAURUS*, et
„ *infra in Appendice, seu in Capitis 6 §. 8 APPROPIN-*
„ *QUANS TUMBÆ, IN QUA OSSA SACRA FUERANT*
„ *COLLOCATA, admodum ieiunas esse, nec satis congruas*
„ *dum de corpore tam mirabili integritate divinitus donato*
„ *sermo est, ac multo etiam minus apte adhibendas de corpo-*
„ *re, quod præterea inusitatiori prodigio, nullo sustentatum*
„ *fulcro in pedes erectum staret etc. Bonaventuræ plurimum*
„ *intererat neutrum silere, quippe qui, dum toto Capitis* 16
„ *§. primo*, De virtute sacrorum stigmatum *inscripto, sacra*
„ *Francisci stigmata adversus obtrectatores asserere contendit*,

Conventualium Chronistam. In dissertatione, quam scripsit contra R. Octavium a Sancto Francisco, Episcopum Assisiensem ex Ordine Minorum Observantium, qui ex Sancto Bonaventura probaverat corpus S.Patriarchæ Francisci in ossa et cineres resolutum fuisse, quamque anno 1743. communicavit Bollandianis, sic loquitur: *quoniam vera causa hæc omnis de cor-*

„ *nullum ad obturanda malevolorum ora argumentum vali-*
„ *dius proferre potuisset, quam provocando ad eiusdem corpo-*
„ *ris conspectum, eadem stigmata, et vivo quidem sangui-*
„ *ne, ut volunt, manantia, cum novo incorruptionis, atque*
„ *inauditi antea situs prodigio servantis etc.* Hæc *Bollandia-*
„ *ni Analector. de S. Franc. part.* 4 §. 239, *et seq.*

„ Mihi si liceat post tam gravium scriptorum in hunc
„ *Bonaventuræ* locum labores agonem ingredi, dicam ei li-
„ cuisse de exanimi, ac corrupto D. Francisci corpore ea ver-
„ ba adhibere, quæ de eius vivi adhuc membris iure usur-
„ passet; ideoque potuisse corpus illud dicere *bulla Regis Al-*
„ *tissimi consignatum*, nempe insignitum vulneribus Christi;
„ potuisse etiam addere: *cuius* (Christi) *effigiem præferebat*,
„ etiamsi re ipsa, quum *Bonaventura* scriberet, ac tempore,
„ de quo scribebat, stigmata fuissent in Francisci corruptis
„ membris deleta. Exemplo res fiet illustrior. Fac me aliquis
„ ad Tullii sepulcrum sistat. Nonne iure, ac commodissime
„ dicam: *Hic ille Tullius, familiaritate Varronis, Sulpicii,*
„ *Attici COMMENDATUS; cuius eloquium mire, quo vult, om-*
„ *nium animos IMPELLEBAT?* At nullum credo nunc Tul-
„ lius cum Varrone, Sulpicio, Attico familiaritatis usum ha-
„ bet, nec eloquium adest Tullii cineribus. Sed tamen sole-
„ mus, quæ fuerunt, abieruntque iamdudum, tam vividis
„ ipsi nobis coloribus aliquando pingere, ut iisdem, quibus
„ præsentia exponimus, ea vocabulis exornemus.

„ Ne autem *Bonaventuræ* verba illa aptata Francisci cor-
„ pori in Basilicam invecto: *bulla Regis Altissimi consignatum*,
„ nostræ sententiæ periculum creent, ipsa nobis Grammatice,
„ ars quidem nonnullorum indicio tenuis et obscura, alio-
„ rum autem præstantissima, suffragatur. Quid est enim il-
„ lud *consignatum?* Noscis eam orationis partem, quæ *par-*
„ *ticipium* dicitur, quæque cum re tempus, ut *Aristoteles*
„ ait, *Vossiusque* interpretatur, *adsignificat?* At *participia*,

ruptione, quam agimus, in una S.Bonaventuræ legenda sita est, non immerito in Seraphici Doctoris dictis expendendis primo immorabimur, talia quædam post addituri, quæ eodem colliment, expensamque S.Bonaventuræ sententiam non obscure confirment. Integram porro quæstionem duobus dumtaxat articulis complectemur. Art. I. §. 1. S. P. Francisci Corpus ex S.Bonaventura incorruptum ostenditur. (*a*)

„ quæ ita desinunt, ut *consignatus*, sane semper præteri-
„ tum ad tempus trahuntur, sed, non accedentibus aliis ad-
„ iunctis, ut flecti possunt ad rem, actam quidem, sed tem-
„ pore, quo scribitur, existentem, ita etiam ad rem actam,
„ sed non amplius ita se habentem. Quapropter, si meis ocu-
„ lis equus sternax, indomitusque obversetur, qui sese arri-
„ gendo sessorem nitatur excutere, non ego quadrupedem il-
„ lum verebor *arrectum* dicere. Nec secus *Virgilius Æneid.*10.
„ *v.* 892. *Tollit se arrectum quadrupes etc.* Deinde tamen,
„ quum equus mansueverit, nonne dicam latine satis, atque
„ ex grammaticæ regulis, *metuisse me sessori, ob ARRE-*
„ *CTUM equum in vitæ discrimen vocato?* At equus deinde
„ pacate incesserat. Pari, ni fallor, ratione dici potuit a *Bo-*
„ *naventura consignatum* corpus, quod *signis* olim fuerat di-
„ stinctum, licet, quo scribebat tempore, aut tempore illo,
„ de quo narrabat, iam *signa*, notæque abscessissent.

(*a*) „ *Omnes homines* (quod *Cæsar* ait apud *Sallustium*
„ *de bell. Catil.*) *qui de rebus dubiis consultant, ab odio,*
„ *amicitia, ira, atque misericordia vacuos esse oportet*. Hæc
„ eos perpendere opus est, qui contra *Patres Conv.* a parti-
„ bus corruptionis nunc stantes, libenter, ac crebro loca, e
„ scriptorum *Conventualium* libris excerpta, et incorruptioni
„ corporis Francisci faventia, iaciunt. Hoc unum nobis pro-
„ positum nunc esse debet, ut in disceptatione de reliquiis
„ Asisinatibus verum pervideamus. Numquam autem pervi-
„ debimus, nisi motus animi, qui nos avertunt a veritate,
„ compescamus. Quid ergo *Missorius*, quid reliqui scriptores
„ vel e *Conventualium*, vel ex *Observantium*, *Reformatorum-*
„ *que* familia de hoc argumento, alteri alteris infesti, scripse-
„ rint ævo nobis propiore, missum faciamus. Nec Romanæ
„ Sedi vacat expendere quid viri, docti quidem, sed studio
„ partium abrepti, de hac causa, æstu quodam agente, atque

13. Sed et audiri meretur R. P. Iosephus Rugilus Secretarius et Assistens generalis Ordinis Minorum Conventualium, et Provincialis Angliæ, qui in dissertatione, quam nomine RR. PP. Minorum Conventualium transmisit anno 1766 ad Bollandianos, et quam ipsi exscripserunt, sic ait: Cum res, de qua agitur, gravissima sit, quamvis aliquam molestiam causem, dare debeo omnia illius verba a doctissimis Bollandianis exscripta in Analectis de Sancto Francisco, fol. 964. a num. 245. atque 246. inclusive. Sic enim ait: *Ex capite XV Legendæ maioris (S.Bonaventuræ) advocamus hæc verba: B.Viro migrante a sæculo, spiritus ille sacer domum æternitatis ingrediens, fontisque vitæ haustu plenario gloriosus effectus expressa quædam in corpore futuræ gloriæ signa reliquit, ut caro illa sanctissima, quæ crucifixa cum vitiis in novam iam creaturam transierat, et passionis Christi effigiem privilegii singularitate præferret, et novitate miraculi resurrectionis speciem præmonstraret. Cernebatur . . . . Caro ipsius reliqua, quæ ex infirmitate et natura ad nigredinem declinabat, candore nimio renitescens, illius secundæ stolæ pulchritudinem prætendebat.*

14. *Deinde late prosequitur (Bonaventura) appellans membra mollia, conversa in teneritudinem puerilis ætatis, formosa, iucunda, miraculosa, mirabilia, spectaculum insigne et insoli-*

„ inflammante animos, fuderint. Finge omnes, quotquot re-
„ centiore memoria scripserunt, Franciscales patrocinium in-
„ corruptionis suscepisse, veritatem deseruisse. Num eorum
„ erronea opinio tantum nobis importaret incommodi, ut id-
„ circo debeant proditæ veritatis argumenta despici? Adeone
„ Franciscales familiæ sibi suum conditorem Franciscum vin-
„ dicant, ut aliis ereptum velint, negentque eius reliquias in-
„ tegræ Catholicorum societati curæ esse debere? Sane exu-
„ viarum, quas Sancti Heroes terris reliquerunt, immo *arcæ*
„ (quæ illas claudit) *intuitus animam inundans ipsam* (ad
„ pietatem) *percellit, ac ciet*; ut docuit *Chrysostomus de*
„ *S. Babyla Tom. 1. Oper. edit. Montfaucon.* Interest ergo Ec-
„ clesiæ, ne tanta eius alumni utilitate fraudentur, ubinam
„ cuiusque Herois Sancti mortales reliquiæ condantur, posse
„ doceri; nec quum integræ Catholicorum societatis causa agi-
„ tur, peculiarium collegiorum discordia moram afferet iudi-
„ cio, veritatemque patefactam obnubet. „

tum, miraculum novum rapiensque in stuporem, et firmamentum fidei, et incitamentum amoris. Hæc enim omnia sunt ipsius (*Bonaventuræ*) *ipsissima verba. Loquitur equidem Sanctus Doctor de miraculo inspecto in nocte et crastino mortis: at evidentissimum est, de miraculo loqui. Manifeste nescio quid aliud asserit in illo corpore præter incorruptionem illam, proximitate mortis præteritæ naturalem, et corporibus omnibus communem: illam, inquam, incorruptionem asserit in illo corpore, quæ carnis atque membrorum erat conversio et immutatio: quæ spectaculum erat insigne et insolitum: quæ miraculum novum, rapiensque in stuporem, quæ secundæ stolæ pulchritudinem prætendebat: quæ expressa in corpore futuræ gloriæ signa relinquebat: quæ novitate miraculi resurrectionis speciem præmonstrabat.*

15. *Igitur luculentissime S. Bonaventura testatur, Francisci Corpus in mortis crastino, sive immediate post mortem, incorruptionem, et immortalitatem, miraculi intercessione, induisse.* (*a*) *Quid enim est, habere expressa futuræ gloriæ et resurrectionis signa miraculi novitate, nisi corruptibile corpus induere incorruptionem, et mortale immortalitatem? Hæc est enim resurrectionis natura ex Apostolo. Modo quis dixerit, certissimum ac præclarissimum hoc incorruptionis prodigium momento temporis evanuisse? Dum etiam nulla præter hæc mo-*

(*a*) „ Per verba hæc postrema satis expresse pandit *Rugilus*, cuius insititio frutrice suam V. C. Adversarius arborem „ locupletavit, allata a se hactenus *Bonaventuræ* loca pertinere ad eam mollitiem, pulchritudinem, stigmatumque perspicuitatem, quæ Francisci corpus ornavit, quum primum „ excessit e vita. Atque ego quidem, qui *Demonstrationem* „ meam nulla utens artificiosa simulatione exaravi, adeo non „ negavi in recenti Francisci cadavere ea fuisse animadversa, „ ut, præter *Bonaventuram*, alios eius rei testes excitaverim, „ et omnium oculis exposuerim, *pag.* 7 *prop.* 5, *et pag.* 17 „ *in Adnot.* At quia Francisci cadaver, nondum integro die „ elapso post eius obitum, mandatum est tumulo; nec prodigium, siquidem in hoc ullum intervenit, a brevi naturali „ incorruptione secerni potuit; debilia hæc esse ad prodigisam incorruptionem ostendendam, discussum, ac diiudicatum invenies *eiusdem Demonstr. pag.* 14 §. 6. „

numenta superessent, quis non inde potissimum diuturnam ac permanentem Sancti Corporis incorruptionem jure optimo inferret, tum multorum exemplo, tum maxime novitate et singularitate præmissa Franciscani prodigii? Sed quorsum ista? Ipse S. Bonaventura, a quo miraculi initium accepimus, iterum in eodem capite, et paucis interjectis, prodigii perseverantiam confirmat.

16. Caput enim XV Legendæ maioris quatuor potissimum complectitur ex ordine. Primo, sacra Francisci Stigmata, evidentius explorata post mortem, subtilius describit. Secundo carnis manifeste immutatæ et incorruptionis indutæ (a) *miraculum celebrat. Tertio, vero, exequias et primam translationem in S. Georgii Templum persequitur. Quarto tandem translationem secundam a templo S. Georgii ad S. Francisci. Præmissis igitur geminis atque fusis descriptionibus stigmatum et incorruptionis, opus illi non fuit, immo satietati cavendæ nec decuit, eadem iterum ac tertio in eodem capite, præterea brevi, verbis eisdem depromere. Tutus ergo potuit, et prudens debuit uti compendio, quo descripta commemorare, non autem denuo atque denuo explicata describere videretur. Qua de re cum in translatione prima iterum sacri Corporis Stigmata et incorruptio denotanda recurrerent, cautus nimietatem atque identitatem verborum declinare, rem raptim innuit his verbis: TRANSEUNTES PER ECCLESIAM S. DAMIANI . . . . SACRUM CORPUS MARGARITIS CAELESTIBUS INSIGNITUM etc. quæ merito satis esse, arbitratus est, tum integritatis, tum Stigmatum, miraculo denotando.* (b)

(*a*) „ Multa hic *Rugilus*, sed vena sua fluens, non autem apponens verba *Bonaventuræ*, quem ad faciendam fidem „ aptissimum omnes agnoscimus. *Indutum fuisse incorruptione* Francisci cadaver nullibi apud *Bonaventuram* legi. „ Tamen quasi eius epitomator *Rugilus* id a sanctissimo scriptore traditum inculcat. Mirer? Quot quotidie in scriptores „ incidimus, apud quos probationis partes explet audacia!

(*b*) „ Si *Bonaventuræ* locus habet: *transeuntes per Ecclesiam S. Damiani etc.*, sique eo ipso die, quo cadaver Francisci delatum est ad templum D. Georgii, patuit ad breve „ tempus sacris virginibus in æde D. Damiani conclusis; (*Demonstr. pag.* 6. *prop. IV.*) dabit quisque, fuisse tunc in eo

17. *Quoniam vero tertio in secundæ translationis celebritate exponenda prodigiorum eorumdem memoria statim occurreret, id ipsum sibi cavendum necessario cognovit, ne nimius fieret; itemque securius id agere, intellexit, præferentibus facem ante occupatis. Ergo inquit. Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo . . . dum sacer transportaretur thesaurus, Bulla Regis Altissimi consignatus, miracula plurima ille, cuius effigiem præferebat, operari dignatus est. Quis hic non videat, idem penitus sibi proposuisse S.Scriptorem in hac secunda, ac in prima translatione, de prodigioso Francisci Corpore asserendum? Ita in translatione secunda dixit Corpus illud Thesaurum Bulla Regis Altissimi consignatum et Christi Effigiem præferentem, quemadmodum in translatione prima Corpus idem dixerat Margaritis coelestibus insignitum. Num Margaritas coelestes, seu sacra stigmata, manifeste pro eo, quod erat actu ipso, non pro eo, quod fuerat, expressit in translatione prima? Ergo iterum apertissime Bulla Regis Altissimi et Christi effigies accipienda sunt pro eo, quod extabat, non pro eo quod ante extiterat, in translatione secunda.* (a)

18. *Quam ob rem, teste D. Bonaventura, Sacrum Francisci Corpus Stigmata retinebat iam quadriennio post mortem, tunc ergo ex D. Bonaventura incorruptum. Quis enim ossa nuda stigmatizata dixerit, vel in cineribus Altissimi Bullam et Christi effigiem quærat? Omnino res ita se habet, ut nihil evidentius. Iam igitur S. Bonaventura incorruptionis perseverantiam quartum in annum deduxit: ergo ex hoc ipso permanen-*

„ perspicuas sacrorum stigmatum notas, sive, ut *Bonaventurae* loqui placet, fuisse tunc *sacrum corpus margaritis cælestibus insignitum*. In cadavere enim a paucis horis exanimi, verisque vulneribus, ac carnem alte subeuntibus affecto, non poterant inflicta vulnera non apparere; et prodigio opus erat potius, ut statim evanescerent, quam ut adspicientibus occurrerent. „

(a) „ *Bonaventuræ* textum: *Anno Domini etc.*, in quo „ corpus Francisci *bulla* dicit *Regis altissimi consignatum*, expendimus iam *ad* §. 11. *huius Opusc.* nec de illo rursus agendum. Occurrere enim nos oportet satietati legentium, qui idem sibi denuo ferculum apponi, atque obtrudi, haud æquis animis pati solent. „

tem atque perpetuam testatus est; quoniam neque posterius dissolutum umquam illud asseruit, et hic sacri Corporis præconia novissima conclusit: neque præterea, occasione cessante, aliquid huiusmodi memorandum suscepit. Quare præsumptum D. Bonaventuræ silentium (de incorruptionis prodigio dum agitur) expresse negamus.

19. Quis, si hæc legat, non mirabitur, videns Patrem Secretarium Assistentem Generalem Rugilum RR. PP. Conventualium nomine dicentem anno 1766 D. Bonaventuram, non uno, sed pluribus verbis et locis expressisse incorruptionem Corporis Seraphici Patriarchæ; et præsumptum ipsius Sancti Doctoris silentium de incorruptionis privilegio expresse negantem; audiensque nunc, quinquaginta duobus annis quasi nondum elapsis, cl. auctorem Positionis SSmo Domino Nostro Pio VII. a Rmo Patre Ministro Generali exhibitæ affirmantem: *Non D. Bonaventuræ excidisse verbum, quo Corpus S. Patriarchæ corruptioni haud obnoxium fuisse prodatur?* Adempta sunt ex legenda S. Bonaventuræ illa verba, ex quibus tam evidenter argumentabantur RR. PP. Conventuales, Sanctum Doctorem extitisse pro incorruptione Corporis D. Francisci? Nentiquam. Aduc inveniuntur. Necesse est ergo, quod si tunc tam evidenter monstrabant S. Bonaventuram tradidisse, Corpus S. P. N. dum actu transferebatur ad Basilicam suo nomini dicatam, incorruptum fuisse, idem et nunc probare. (*a*)

20. Neque ex eo quod S. Bonaventura vocet Sancti Fran-

(*a*) „ Hæc declamitat V. C. Adversarius, ut omnes noscant, quam numerosa illi sit eloquentia, quam non coacta, quam in omnes se partes æquabiliter fundens. Attamen *Viris Conv.* apud æquos rerum æstimatores commendationi erit, ac laudi, inspectis iis, quæ locus aræ Asisinati subditus includebat, a *Rugilo*, cæterisque incorruptionis patronis, in sua claris familia, discessisse. Docuerunt enim, se non ex eorum esse censu, quos *Facciolatus* (*Orat.* 5.) ita perstringit: *Ergo pro tuo illo libello pugnas, in cuius verba iurasti; pugnas pro pallio illo, non autem pro veritate. Tunc igitur me tibi adiungere conaberis etc. quem scio contraria prorsus fuisse dicturum, si te vel casus, vel consilium, vel domesticæ rationes alibi vivere coegissent, alioque colore uti?* „

cisci Corpus Ossa felicia, pretiosum sacrorum Ossium thesaurum, atque Ossa sacra, oppugnare voluisse expresso sermone sententiam de incorrupto D. Francisci Corpore, sequitur, sicut visum fuit cl. auctori ibidem in nota *A*. Merentur audiri sapientissimi Bollandiani, quos citat. Impartiales sunt, instructissimi in regulis hermeneutices. *Ex eo autem quod S. Doctor (sic loquuntur) ibidem utatur etiam voce Ossa, non evincitur, e Francisci Corpore sola tunc Ossa reliqua fuisse. Allegoriis enim, ut sæpe alias, hic usus, modo voces proprias, modo tropos adhibuit, quodque primo Corpus Domino dedicatum dixerat, deinde sacrum thesaurum Bulla Regis Altissimi consignatum appellavit. Moxque ad alterum tropum transiens ex illo Canticorum I. v. 3. Trahe me: post te curremus in odorem unguentorum tuorum; miracula in translatione facta odorem salvificum nuncupavit. Pari modo potuit per Synedochen partem pro toto, seu Ossa pro Corpore, quale ante dixerat, posuisse, ut pullulationem mirificam eis attribuerit secundum illud Ecclesiastici cap. 46. v. 14. Ut sit memoria eorum in benedictione, et Ossa eorum pullulent de loco suo. Simili Synedoche de Christo in caelos ascendente ante Bonaventuram usus fuit auctor sermonis tertii de Ascensione, qui in Breviario Romano legitur in octava ejusdem solemnitatis lectione V. ubi dicitur*: Super excelsa ergo cœli terrenum Corpus imponitur: Ossa intra sepulchri angustias paulo ante conclusa Angelorum cœtibus inferuntur. *Totus itaque S. Bonaventuræ textus minime obest, immo favet sententiæ affirmanti, S. Francisci Corpus tempore translationis suæ, id est, quarto post illius obitum anno, incorruptionis expers, sacrisque Stigmatibus condecoratum perstitisse*. Ita eruditissimi ac sapientissimi Bollandiani. (*a*)

21. Præterquamquod, si aliquis partium studii expers ea cl. auctoris in ipsa nota *A* verba: *Verumtamen satis perspectum est, nisi cogat necessitas, tribuendum esse verbis sensum obvium ac proprium, quin ad calamistros ac pigmenta rheto-*

(*a*) „ At iidem illi *eruditissimi*, *ac sapientissimi Bollandiani* non permansere in sententia, quæ ad synecdochen, „ rhetorumque myrothecia confugiebat, ne mentio *ossium* „ Francisci a *Bonaventura* iniecta incorruptioni sacri corporis „ obesset. Confer, quæ adnotavi *ad* §. 11. *huius Opusc.* „

rum confugiamus. Certa hæc est, ac vulgatissima hermeneutices regula, perpendat; censerem, necesse fore, ut cognoscat, cl. auctorem plus implicasse, quam explicasse verba Seraphici Doctoris, et illorum sensum et intelligentiam; plusque laborasse pro incorruptione, quam pro corruptione et resolutione Corporis Sancti P. N. Francisci. Nam, si iuxta certam illam ac vulgatissimam regulam, quia D. Bonaventura dixit *Ossa*: *Ossa* in obvio et proprio sensu dicenda sunt: quando in eodem §. et numero dixit: *ad Basilicam in honorem ipsius constructam* Corpus *illud Domino dedicatum octavo Kalendas Iunii, translatum est*: Corpus in suo obvio et proprio sensu dicendum erit. Nullam rationem cl. auctorem adhibiturum esse, credo, qua probari possit, *Corpus* hic sumendum esse pro *Ossibus*, et non *Ossa* pro *Corpore*. At vero, sive dicatur S. Doctorem sumpsisse, usumque fuisse verbo *Corpus* pro *Ossibus*, hoc est, totum pro parte: sive affirmetur verbo *Ossa* significare voluisse *Corpus*, sumendo partem pro toto: quis negare potest S. Bonaventuram in uno vel in alio istorum rhetorum more loqutum fuisse? (*a*)

(*a*) „ *Satis perspectum est* (scripsi in *Adnot. ad pag.* 11. „ *Demonstrat.*) *nisi cogat necessitas, tribuendum esse verbis* „ *sensum obvium ac proprium, quin ad calamistros, ac pig-* „ *menta rhetorum confugiamus. Certa hæc est, ac vulgatis-* „ *sima* hermeneutices *regula*. Quidni? Eam sic extulit *Ge-* „ *nuensis Artis Logico Crit. lib.* 4. c. 8. §. 10. *Verba cum na-* „ *turali sensu accipito, nisi certa subsit ratio a sensu litterali* „ *recedendi. Heineccius* vero *Elem. Log. c.* 4. *sect.* 2. §. 199. „ his verbis expressit: *Verba tamdiu in genuina, et propria* „ *notione accipienda esse, quamdiu inde discedendi nulla ne-* „ *cessitas sit*. Cæteros persequar? Infinitam sylvam ingrede- „ rer. Nihil hac lege firmius, nihil tam sæpe iteratum apud „ eos præsertim, qui docuerunt, quomodo sine levitate, ac „ temeritate *sacri codices* interpretandi sint. Multis tamen lo- „ cis Adversarius hanc mihi legem, quasi a me positam im- „ prudenter, risuque elevandam, exprobrat. Nescias, utrum „ legem, an me sibi ludum faciat. Si me, facile patior Am- „ plissimum Virum aut facetum esse, aut facetum velle vi- „ deri. Si legem, altissimis defixam radicibus, et tot propu- „ gnatorum sepe munitam, frustra eradicandam, subverten-

22. Si vero cl. auctor toto animo incumbit, *tribuendum esse verbis sensum obvium et proprium, quin ad calamistros ac pigmenta confugiamus*; certo confiteri debebit, in Basilica nomini Sancti Francisci dicata non ossa et cineres ipsius requiescere, sed Corpus. Nam, si omnia, quæ in *Appendice*, sive *Summario*, exhibentur documenta, a numero primo usque ad septuagesimum octavum, inspicit: nullum inveniet, quod de ossibus loquatur: omnia communiter affirmant, Corpus

---

„ damque suscepit. Tantum laboro, ne æquissima lege iniquissime hoc loco, aliisque (sæpe enim conabitur) abutatur. Hic quidem manifestum est, eam ad erroris patrocinium flecti, quasi quotiescumque *Bonaventura* Francisci exuvias *corpus* appellat, corpus a corruptione exemptum dixerit. Sane corporibus *vegetantibus*, aut *anima aliquando præditis* id proprium est, nunc, integro textu, *incorrupta esse*, nunc, textu soluto, *corrupta*. *Incorruptum* autem, aut *corruptum* species in illis est. Corpus, genus. Nec quia alterutrius speciei corpus sit, genus amittit, desinitque in corporibus sedem habere. *Etenim attributa communia* (Wolfium audias, ita loquitur *Ontol. part. 1. sect. 3. cap. 2. §. 271.*) *nec non possibilitates modorum, quæ instar attributorum communium sunt, per quædam essentialia determinantur. Ergo A, et B, attributa communia, vel quæ instar attributorum communium sunt, eadem habentia, essentialia quoque nonnulla eadem habere debent. Quoniam igitur genus constituitur per quædam essentialia, quæ speciebus communia sunt; fieri omnino haudquaquam potest, ut ne A, et B ad idem aliquod genus referantur*. Quare quum corpus anima olim præditum, cuiusmodi corpus Francisci fuit, sive incorruptum sit, sive corruptum, genus non prætergrediatur, semperque corpus maneat; *Ontologiam* pervertit, atque in ea turbas edit quicumque contendit, nomen *generis*, nimirum *corporis* nomen, a *Bonaventura* tributum mortali Francisci spolio, esse nomen *speciei*, atque adeo *speciei corporis incorrupti*. Qui tantam *ontologicis* notionibus, accuratissime tenendis, vastitatem importet, omnia ratione ista permiscebit, ac subruet; ac necesse est Adversariorum causam incommodo in loco versari, cui more tam turbulento, ac cum philosophiæ tam insigni contumelia auxiliari conantur. „

Seraphici Patriarchæ in dicta Basilica reconditum esse. Sicque, vel omnes rhetorissasse, sumendo totum pro parte, necesse est, ut asserat; vel si verbum Corpus in omnibus dictis documentis accipiendum est iuxta suum obvium et proprium sensum, ut certa ac vulgatissima hermeneutices regula præscribit; probare haud poterit Corpus D. Francisci resolutum esse in ossa et cineres, et ea, quæ inventa sunt pro reliquiis ipsius habenda esse. (*a*)

23. De silentio Gregorii IX in diplomate, quo S. Franciscum intulit in Sanctorum catalogo, nullum sumi potest argumentum efficax contra incorruptionem Corporis ipsius S. Patriarchæ. Maxime cum constet ipsum Summum Pontificem certum fuisse antequam D. Franciscum canonizasset, et post canonizationem ipsam de incorruptione corporis post mortem illius. *Felicis namque recordationis (inquit S. Bonaventura cap. 16. §. 1.) Dominus Gregorius Papa IX (de quo Vir Sanctus prophetando prædixerat, quod ad dignitatem foret Apostolicam sublimandus) antequam Crucis signiferum catalogo sanctorum ascriberet, scrupulum quemdam dubitationis in corde gerebat de vulnere laterali. Nocte vero quadam (sicut ipse felix antistes referebat cum lacrymis) Beatus ei Franciscus quadam faciei prætensa duritia, in somnis apparuit, et hæsitationem cordis ipsius redarguens, elevavit brachium dextrum, detexit vulnus, phialamque poposcit ab ipso, ut scaturientem reciperet sanguinem, qui ex latere defluebat. Obtulit in visione Summus Pontifex phialam postulatam, quæ usque ad summum Sanguine profluente de latere videbatur impleri. Ex tunc ad illud sacrum miraculum tanta coepit devotione affici et æmulatione fervere, ut nullo modo pati posset, quod aliquis præfulgentia illa sacra signa superba præsumeret impugnatione fuscare, quin cum severa increpatione feriret.* (*b*)

(*a*) „ Hæc solvit responsio adhibita §. *superiori*.

(*b*) „ Ex hac quidem historia colligo, visum, de quo nos „ docet *Bonaventura*, exemisse Gregorio IX dubitationem de „ impresso Francisci lateri stigmate sacro. Sed nemo vel oculatissimus hic quidquam dispiciet, quod incorruptionis cau„ sam attingat. Franciscus, quidem se per visum Gregorio „ spectandum præbens, terriculum ei corrupti corporis ne„ quivit obiicere, siquidem ab eo voluit agnosci. Omnino

24. Ipse Gregorius IX in litteris suis ad universos Christi fideles datis Viterbii Non. Aprilis Pontific. sui anno II. sic ait: *Verumtamen grande ac singulare miraculum quo ipsum (Franciscum) sanctorum splendor et gloria Dominus Iesus Christus mirabiliter decoravit, universitati vestræ tenore præsentium non indigne duximus exprimendum: videlicet, quod idem Sanctus, cum adhuc spatium præsentis vitæ percurreret, et postquam illud feliciter consummavit, manibus, latere, ac pedibus specie stigmatum divinitus extitit insignitus.* (a) *Quo ad nostram et fratrum nostrorum deducto notitiam, et cum cæteris eiusdem miraculis per testes fide dignissimos probato solemniter, ex ipso specialem causam habuimus, quod confessorem eundem de dictorum Fratrum et omnium Prælatorum consilio, qui tunc apud Sedem Apostolicam existebant, sanctorum catalogo duximus adscribendum.*

25. Habemus ergo, Gregorio IX constasse Corpus Sancti P. N. Francisci post mortem ante canonizationem, *et postquam spatium præsentis vitæ feliciter consummavit*, manibus, latere ac pedibus specie stigmatum divinitus fuisse insignitum. Ha-

---

„ necesse fuit, ea se carne, ac colore indutum præberet, „ quem vivus prætulerat. Nec de ullo Sanctorum Heroum „ memoriæ traditur, eum, alicui mortalium sese post obi- „ tum exhibentem, sceleti turpis, ac nudi speciem horribi- „ lem obtulisse. Quod si vividi corporis imago, quam su- „ munt sancti viri, quoties alicui post mortem adstant, eo- „ rum corpora incorrupta esse probaret, incorruptorum cor- „ porum numerus iniri non posset. „

(a) „ Video V. C. Adversarium ad eumdem sæpe scopulum „ impingere, et ad causam incorruptionis immerito trahere stig- „ matum speciem illustrem, atque perspicuam, quæ statim „ post obitum D. Francisci adstantium oculos perculit. Quod „ etiam hic testatur Gregorius inquiens: *Postquam illud* (vi- „ tæ spatium) *feliciter consummavit, manibus, latere, ac pe-* „ *dibus specie stigmatum divinitus extitit insignitus*. At num „ ea *specie stigmatum* ad multos post obitum annos, aut men- „ ses, aut saltem dies *divinitus extiterit insignitus*, id neque in „ hoc diplomate Gregorius, neque mortalium ullus ullibi „ scripsit, nisi postquam sæculo XVI *Pelbartus* ornandæ in- „ corruptionis fabulæ malo publico curas impendit. „

bentus, quod ex hoc ipso miraculo per testes fide dignissimos probato solemniter, ipsum Gregorium specialem causam habuisse, ad eumdem Franciscum adscribendum catalogo sanctorum. (*a*) At, si post quam vitam consummavit, corpus non erat incorruptum; quomodo manibus, latere ac pedibus stigmatibus divinitus insignitum esse poterat? Sed *cur in diplomate canonizationis nullam fecit mentionem incorruptionis Corporis?* Liceat et mihi inquirere; cur *in diplomate canonizationis nullam mentionem fecit de impressione sacrorum stigmatum, nec de miraculis aliis, quæ per testes fide dignissimos solemniter probatis ipsi constabant?* Igitur, sicut nullus prudens, ex eo quod Gregorium in diplomate canonizationis S. Francisci *nihil dixit*, de sacris stigmatibus, nec *de aliis miraculis in speciali*, non negabit sacra stigmata Domini Iesu Christi in corpore suo portasse, et miracula fecisse, ita ex eo quod in dicto diplomate nihil dicat de corporis incorruptione, deneganda videtur. (*b*)

(*a*) „ Causæ, quæ Gregorii IX Pontificis animum perpulerunt, ut Franciscum Cælitum cultu honestaret, in ipso „ diplomate, ut dici solet, *Canonizationis* enucleatius, ple„ niusque panduntur. Duo autem ibi recensentur causæ de„ lati Francisco huius honoris. Primo quidem Francisci vir„ tutes ipsi Pontifici, qui familiariter eo fuerat iam usus, pla„ ne perspectæ. Deinde vero *de miraculorum coruscatione mul„ tiplici per testes idoneos etc. facta etc. plena fides*. (*Demon„ strat. pag.* 29. *in Adnot.*) Dabimus etiam, acriori studio „ incensum fuisse Gregorium ad deferendum Francisco cul„ tum, quod in eius cadavere, donec sepulcro caruit, sese „ stigmata sacra videnda præbuerint. Hanc enim quoque cau„ sam pondus habuisse penes Pontificem, et currentem, ut „ dicitur, incitasse, confici potest ex verbis alterius Grego„ riani diplomatis, quæ modo subiiciuntur ab Adversario. Sed „ ea verba §. *superiori* iam nobis discussa; collegimusque non „ habere vim ad probandam perspicuitatem sacrorum stigma„ tum valde diuturnam, sed statim post obitum Francisci „ manentem; in quo nihil prodigii est, nihil, in quo ab Ad„ versariorum persuasione, ac placitis recedamus „.

(*b*) „ Nullam mentionem incorrupti corporis D. Francisci „ eo in diplomate Gregorius habet, per quod illum sanctis

„ accensuit. At de incorruptis Sanctorum membris et solere,
„ et debere meminisse Pontifices, quotiescumque diplomata
„ huiusmodi emittunt, noscimus ex iis, quæ apud *Benedi-*
„ *ctum XIV de Beat. et Can. lib. 4. part. 1. c. 30. num. 14.*
„ præcepta sunt, ac testata. Quare quum sententiam incor-
„ ruptionis mea in *Demonstratione* convellendam suscepissem,
„ hoc etiam ariete illam quatere non prætermisi. Sed nugas
„ egi. Quemadmodum enim (inquit Adversarius) stigmatum
„ veritati non obstat Gregorii de illis silentium in eo diplo-
„ mate, ita nec de incorruptione silentium eam subvertit,
„ ac delet. Sed si in more, ac consuetudine Pontificum es-
„ set meminisse iis in diplomatibus non solum de incorruptis
„ sanctorum Heroum membris, quotiescumque manserint sine
„ intertrimento, ac tabe, verum etiam de vulneribus Christi,
„ aut aliis cælestis favoris indiciis, quæ Sancti Viri, dum vi-
„ xere, in corpore prætulerint, et fortasse post obitum in oculos
„ incurrerint; diceret aliquid Adversarius. Sed contra evenit.
„ Lex enim faciendæ mentionis de corporis incorruptione ita
„ propria est huic prodigio, ut minime manet ad notas alias
„ divinæ benignitatis, quæ Sanctorum artubus inflictæ sint.
„ Quid ita? Quia nimirum incorruptio exanimati corporis mi-
„ nime dubium sanctitatis indicium de illo præbet, qui hu-
„ iusmodi prodigio honestatur. Quum enim ab humanis ille
„ iam excesserit, in bono ad extremum usque perseverasse
„ probatur eo ipso incorruptionis prodigio, quo eius exani-
„ mati corpus enitet. At vulnera Christi, et alia benevolentiæ
„ cælestis argumenta adiuncta narrantur nonnullorum corpo-
„ ribus, quo tempore Sancti Viri, aut Feminæ huius vitæ
„ spiritum hauriebant, poterantque adhuc a pio proposito ex-
„ cidere, ac Deo displicere. Saltem nullo mihi Ecclesiæ iudi-
„ cio liquet, eum qui vivens vulneribus Christi, aut sacris
„ aliis notis fuerit affectus, per eas a Deo accepisse perpetuam
„ in bono constantiam, quam *confirmationem in gratia*, *im-*
„ *peccabilitatem*, *anamartesian* latini, aut græci theologi di-
„ cunt. Non eadem igitur vis est, ac ratio stigmatum, atque
„ incorrupti corporis ad alicuius sanctimoniam constantem,
„ firmamque arguendam; atque hæc fortasse est causa discri-
„ minis, cur stigmata alicui iusta silentio Pontifices præterire
„ possint in deferendis sacris honoribus; incorruptionem vero
„ numquam soleant, aut debeant non solemni sua testifica-
„ tione vulgare.

„ Gregorii IX silentium de incorrupto corpore D. Francisci adeo angori est V. C. Adversario, ac tam misere illum cruciat, ut, ne mirum sit Gregorium de incorruptione reticuisse, neget *in diplomate Canonizationis etc. mentionem fecisse etc. de miraculis aliis* (Francisco deprecante patratis) *quæ per testes fide dignissimos solemniter probatis* (lege *probata*) *ipsi constabant*. At enim verba Gregoriani diplomatis, *in superiori Adnot.* a nobis allata, non sinunt dubitemus, Gregorium omnibus late populis innotescere voluisse *miraculorum coruscationem multiplicem*, quæ divina vis edidit ad eius sanctimoniam, cælestemque beatitatem prodendam.

„ Attamen subinde Adversarius, Gregoriano diplomate pacate magis, attenteque perlecto, haud inficiatur Pontificem *de miraculis aliis* utcumque meminisse; negat tantummodo sermonem habuisse *de aliis miraculis in speciali*. Doleo, memoriam Adversario evanuisse eorum rituum, quibus remoto hinc tempore Viris Sanctis cultus a Romanis Pontificibus indulgeri solitus. Ipso enim solemni honoris die suggestum aliquis coram Pontifice ascendebat, intentaque voce, ut exaudiri ab omnibus posset, gesta, ac prodigia exponebat quibus Heros Sanctus, vel Sancta Heroina claruerat. Qui mos retentus est etiam in Francisco, quum in album Sanctorum illatus. *Unus ex subdiaconibus Domini Papæ* (ita *Celanensis lib. 3. cap. 1.*) *nomine Octavianus, miracula sancti coram omnibus voce altissima legit*. In aperto est igitur, quare *de aliis miraculis in speciali* non egerit Gregorius in suo diplomate. Actum ageret? Viva legentis vox illa iam recensuerat; ac donec mos ille obtinuit, mentio peculiarium prodigiorum, quibus Heros quisque exsplenduerat, a Pontificiis diplomatibus abfuit. Non ideo tamen licuisset umquam in illis incorruptionis prodigium silentio tegere. Non enim potest invideri, atque eripi posteritati testimonium perenne, quod, si incorruptio maneat, prodesse queat ad reliquias sancti corporis internoscendas, ab aliisque segregandas, quæ, obliteratione aliorum monumentorum, subiici pro illis aliquando possint. Quæstioni igitur illi, quæ proponitur ab Adversario: *Cur* (Gregorius IX) *in diplomate Canonizationis nullam fecit mentionem incorruptionis corporis?* quin tantilla impediar dubitatione, respondebo: *Quia Gregorio minime*

„ *constitit, Francisci corpus fuisse incorruptum*; *aut quia non* „ *solum ob communem Francisco cum sobole hominum condi-* „ *tionem, sed ob rem fortasse inspectam, pro certo habuit es-* „ *se corruptum*.

„ Hic mihi deprecanda est invidia, petendumque, ut quoad „ gesta erga Francisci corpus, quo die Sancti honoribus auctus „ est, liceat mihi a recentiorum scriptorum, ipsorumque *Bol-* „ *landianorum* auctoritate discedere. Hi enim Francisci cor- „ pus statuunt eo die mansisse in eo templi D. Gregorii lati- „ bulo, in quo antea iacebat. At mihi contraria omnino sen- „ tentia sedet. Quid? Non mos? Non ritus sacer deposcit, „ eius, qui Sanctis adscribitur, corporeas exuvias e tenebris „ quam citissime vindicari, et ex inferiori loco eductas in „ editiori, atque illustriori constitui? Quod si quis ignorat, „ næ ille mihi ignavus homo est, ac desidiosus, quique sa- „ cra nihil ex antiquitate degustarit. At Gregorium quidem „ e solo eruisse tunc D. Francisci reliquias non seriores tan- „ tum scriptores narrant *Krantzius lib. 4. hist. Saxon.* ac *Na-* „ *varrus in Vita D. Franc. lib. 4. c. 7.* sed, quod rem incon- „ cussam facit, *Albertus Stadensis in Chronico ad an-* „ *num MCCXXVIII.* Quem mihi per sane mirum est in hoc „ negotio a *Bollandianis* parvi habitum, quum alio loco *Al-* „ *bertus* auctor illis certissimus sit, ac locupletissimus. Scri- „ bunt enim in *Commentar. Præv. de S. Franc.* §. 54. *Gravis* „ *est hic Alberti Stadensis auctoritas, quippe qui utcumque* „ *synchronus fuit S. Francisco, relictaque Abbatia sua, illius* „ *Ordini minorum anno 1240. se adiunxit; ut facile intelliga-* „ *mus, ipsum in annum natalem Sancti diligenter, ac felici-* „ *ter inquirere potuisse*. At nonne facilius, qui Ordini Mino- „ rum nomen dedit anno MCCXL, potuit de cæremoniis ve- „ ra rescire, quæ Cælitum honores Francisco delatos comita- „ tæ sunt? Is autem postquam tradidit Gregorium Pontificem „ pronunciasse de Francisco verba solemnia, ac stata, per „ quæ Divorum concilio adscribi Sancti Heroes solent, *sta-* „ *tim* (subdit) *Cardinales* Te Deum laudamus *incipiunt, et* „ *populi in laudes voces depromunt. Papa de solio descendit,* „ *et cum Cardinalibus SANCTUM CORPUS LEVAVIT DE* „ *TUMBA*.

„ *Alberti*, qui sacrum corpus in excelso loco tunc sta- „ tutum docuit, minime apud me vilescit auctoritas, quod „ *Tres Socii in Vita Francisci*, de translatione eius exuvia-

„ rum in mox ædificatam Basilicam agentes, e loco translatas dicant, *ubi* (Francisci corpus) *prius fuerat sepultum*.
„ Etenim in templo D. Georgii certe *prius sepultum* dici potuit; licet sacra illa in æde aliquandiu tenebris obsitæ infra
„ solum constiterint Francisci reliquiæ, aliquandiu vero licuerit ad eas supra solum locatas appropinquare.

„ Contra *Albertum Stadensem Bollandiani* pugnam instaurant (*Comm. præv.* §. 681.) ficti *Thomæ Celanensis* testimonio, qui cæremoniam eamdem his verbis describit *lib.* 3. *cap.* 1. sui commentarii: *Descendit denique de solio excelso felix Papa Gregorius, et per inferiores gradus ad offerenda vota, et sacrificia sanctuarium intrat, tumbamque continentem sacrum, et Deo dicatum corpus felicibus labiis osculatur*. Quod autem *Celanensis* tradat, Gregorium *osculatum esse tumbam*, non autem Francisci corpus *levasse de tumba*, id crucem figit *Bollandianis*: quumque illis exploratissimum sit, *Stadensem*, ac *Celanensem* hoc loco vicissim confligere, ac *Celanensem Stadensi* auctoritate præstare; ideo huius narrationem abiiciunt, et inviti audiunt, e solo tunc Francisci reliquias, earumque loculum emersisse. Cur *Celanensis* Francisco coævus *Albertum* Francisco coævum auctoritate apud *Bollandianos* vincat, nihil pensi duco quærere. Tantum rogo, cur, ex *Celanensis* ipsius narratione, ac fide, *sanctuarium intret Gregorius* priusquam exuvias Francisci *felicibus labiis osculetur*? Dices, *ad offerenda vota, et sacrificia*. At enim, quin *Celanensis* Gregorium e *sanctuario* egressum narret, alioque divertisse, illico subdit: *tumbamque etc. felicibus labiis osculatur*. Qua ratione dum in narrando se gerit, resque varias ita nectit, ac iungit; eodem in *sanctuario* et rem divinam fecisse Gregorium, et *tumbam* Francisci osculo appetiisse significat. Si autem in *sanctuario* erat reliquias Francisci claudens loculus, certe illum iam ante eduxerat e solo Pontifex, seu, ut *Stadensis* habet, *cum Cardinalibus sanctum corpus levarat de tumba*.

„ Mihi quidem *Celanensis* ab *Alberto Stadensi* in hoc tantum discrepat, quod rem a primordio auspicatur *Albertus*, nimirum ab erutis e terræ sinu Francisci reliquiis; *Celanensis* vero rem istam pro descripta habet, quum narrat Gregorium inflixisse osculum loculo sacris exuviis onusto.
„ Id enim evenire non potuit, nisi e terra educto iam locu-

„ lo. Insuper id mihi discriminis est *Stadensem* inter, ac „ *Celanensem*, quod *tumba*, e qua *Stadensis* Gregorium scribit Francisci exuvias *levasse*, subterranea est, et in terræ „ imo retrusa cavitas, in qua, priusquam in apricum proferrentur, iacebant sacræ reliquiæ, *arca* tamen *saxea* illa con„ ditæ, qua novimus inclusum fuisse Francisci cadaver, vix „ ædem tetigit D. Georgii. (Confer *Adnot. ad* §. 9. *huius Opusc.*) Ast *tumba* de qua *Celanensis* meminit, quamque nar„ rat osculatum esse Gregorium, est mihi illa ipsa *arca saxea* e terræ latebris tunc protracta. Quid enim aliud sibi „ vult degeneris latinitatis vox *tumba*, quam *tymbos* Græciæ „ usurpatus, et latinam in linguam intromissus, auctoribus „ minime tamen idoneis? Cuius vocis, quum apud Græcos „ sit e primigeniorum, seu *thematum* numero, late fusa vis „ est, ac potestas; nec infra terram immobile conditorium „ positum significat tantum, sed mobili, et ubicumque con„ stituto loculo potest aptari. Eadem significatio promiscua vo„ cis *tumbæ* obtinuit apud latinos ævi seqnioris, ut planum „ faciet *du Cange in Glossar. V. Tumba*. Certe pro loculo „ in omnium oculis collocato usurpatur in vetustissimo epi„ taphio reliquiis magni Leonis decorandis scripto, quod, a „ *Gruterio*, aliisque iam ante editum, quam emendatissimum „ edendum curavit egregie de doctrinis, ac doctis viris meri„ tus *Franciscus Cancellerius V. C. de Secretar. lib.* 1. *pag.* 637. „ Ibi autem Sergio I laudi tribuitur, quod ab *extremo marmore*, seu sacrario vaticani templi, ipsum in templum Leo„ nis reliquias invexerit,

„ *Exornans rutilam pretioso marmore TUMBAM*
„ *In quo poscentes mira superna vident*.

„ Quia igitur *tumbæ* appellantur etiam loculi, atque ar„ cæ funereæ loco edito constitutæ, narratio *Celanensis* de Gre„ gorio *tumbam* Francisci osculante accipi de arca potest, non „ amplius tenebris damnata, sed in lucem revocata; ideoque „ illius narrationi nihil dissidii est cum *Stadensi*, qui Fran„ cisci corpus tunc *levatum* prodidit.

„ Probe, ac certe sine errore *Stadensis* suo in *Chro„ nico* cælestes honores Francisco delatos consignavit anno „ MCCXXVIII. Quia tamen in Romanorum Pontificum serie, „ *Chronico* præmissa, diem honoris delati falsam adscripsit,

„ usus his de Gregorio IX verbis: *Hic beatum Franciscum* „ *canonizavit, et in die B. Urbani Papæ de tumulo levavit*, „ non id *Stadensi* est per *Bollandianos* impune. Animadvertunt enim, die Urbano sacra non in fastos sanctorum Franciscum fuisse illatum, sed ab æde D. Georgii (idque accidit post biennium) eius exuvium in Basilicam fuisse traductum. Huius erroris macula effecit, ut *Stadensis* de auctoritatis fastigio penes *Bollandianos* concidat. Sed si tam levis error, quique in nota temporis duarum rerum de Francisco memorabilium, nec ætate valde distantium, facillime potuit obrepere, *Stadensis* auctoritatem prosternit, affligit, nescio cuius scriptoris fides possit integra, atque inviolata servari. Ut enim *Canus* ait *de loc. theol. lib. 7. c. 3. nemo, quantumvis eruditus, et sanctus, non interdum hallucinatur, non alicubi cæcutit, non quandoque labitur*. Quare si nos plane a scriptoribus nævi eorum tenues avertunt, excipe libros divinos; reliquos vero flammis addicito. Non est igitur, quare *Stadensi* fidem non adiungamus, narranti Gregorium functum fuisse officio, quo debuit, extrahendi nimirum e tenebris, Christianæque plebis obsequio exhibendi eius corpus, quem Divos inter referebat. Adde quod *Celanensis*, qui quum scriberet, nondum amotæ fuerant ex Aede D. Georgii sacræ reliquiæ, de iuvene quodam ægrotante, et ad Sepulcrum D. Francisci opem sibi quærente, ita loquitur *lib. 3. c. 3. Cumque pervenisset ad locum, in quo requiescit sacratissimum corpus, et per gradum ad sepulcrum eius vellet attingere, sanguinem multum evomuit, et promptissime liberatus etc.* Quod si per gradum dabatur *attingere*, seu *ascendere* ad sepulcrum Francisci, vides, hoc miraculum patratum fuisse postquam Pontifex, ut *Stadensis* habet, *sanctum corpus levavit de tumba*, nec minimum firmamenti accedere *Stadensi* ab iis, quæ loco isto *Celanensis* exponit, immo huius narrationem connexione cum traditis a *Stadensi* consistere.

„ Nec satis crediderim Gregorio fuisse Francisci loculum solo eripere, quo die illum in Divis habendum sanxit, sed insuper nimium vero simile arbitror, clam, ac paucis adhibitis, arcam reserasse Gregorium, atque oculos hilarare suos voluisse exuviarum sanctarum adspectu. Si enim Gregorius adhuc vivo Francisco *sæpe manus osculabatur ore sacrato* (Consule *Adnot. ad Demonstrat. pag. 29.*) nonne im-

26. Præterea *ex diplomate*, quo ipse Gregorius IX subiecit Basilicam illam in honorem S. Francisci consacratam, et quam exımerat ab Episcopi iurisdictione, Episcopi et Capituli Assisiatis ditioni, prohibens, ut ibi de cetero nullatenus generale Capitulum celebraretur, nec aliqui de fratribus commorarentur, supponendo locum Ecclesiastico interdicto, *censerem, inferri Sacrum Corpus D. Francisci incorruptum adhuc permansisse in ultima translatione.* (*a*) *Sciunt siquidem, ait',*

„ pensissime cuperet, amici, ac iam Divis adcripti viri adamata membra revisere, rursumque osculis appetere? Præterea, quia, ut narrat Bonaventura apud Adversarium *huius Opusc.* § 23. Pontifex *antequam Crucis signiferum* (Franciscum) *catalogo sanctorum ascriberet, scrupulum quemdam dubitationis in corde gerebat de vulnere* (ipsius) *laterali*, quamquam visum Gregorio oblatum falsitatis suspicionem ab eius corde iam exemerat, facile tamen quisque arbitrabitur, curasse Gregorium cum Francisci corpore rem conferre, siquidem in eo vulnerum vestigia manerent. Age; non ut sibi scrupulum de laterali vulnere demeret, sed ut os obstrueret nonnullis protervis, ac garrulis, qui vel ab initio, quum res portentosa vulgari cæpit, ausi sunt denegare, ulla omnino vulnera sacro Francisci corpori fuisse impressa (Confer *Bollandian. in Comm. Præv. num.* 512, *et seq.*) nonne oportebat libentissime Gregorium eam occasionem arripere adspiciendi prodigium, ac, siquidem adhuc in vividis membris perstaret, possetque visu teneri, omnes undique mortales admittendi spectatum, atque adeo advocandi, arcessendi? Quapropter sano homini, ac tantisper acuto nemo hanc opinionem eripiet, quam rectus inserit sensus, multas tunc causas extimulasse Gregorium, ut Francisci corpus inspiceret, ac re vera diligenter, lenteque inspexisse.

„ Quum vero prodigium incorruptionis sileat Gregorius, quem oportebat illud habere cognitum, cognitumque profari, ac suo diplomate in omnes gentes propagare, ac differre; profligata, ac perdita vel hoc uno obice est illorum causa, qui tricas ad illud tuendum serunt. „

(*a*) „ Ex diplomate Gregoriano, cui initium faciunt verba *Speravimus hactenus*, et in quo Gregorius corpus Fran-

(Potestas, Consilium et Populus Assisiensis) quod nos Sanctissimum Corpus Confessoris prædicti pio amore venerabiliter amplexantes translationem eius dilectis filiis, generali ministro et quibusdam aliis Fratribus Ordinis Minorum, Viris Religiosis et timoratis, tamquam Vicariis nostris, commisimus confidenter . . . . Sed ipsi vesano spiritu concitati, non attendentes, quod sacra mysteria non nisi a sacris sunt tractanda ministris, prædictum Corpus ausu sacrilego rapientes in superbia et tumultu translationis mysterium damnabiliter prophanarunt, non passi a Fratribus prædicto Sancto venerationem debitam exhiberi. Apud Bollandos fol. 682 p. 2.

27. Pervenerat in omnem terram hujus novi et singularissimi miraculi fama. Toto mundo publicum erat Corpus Sancti Francisci insignitum esse Sacris Stigmatibus Domini Nostri Jesu Christi: ut constat ex litteris ipsius Gregorii IX ad Episcopum Olomucensem apud Bollandos fol. 655. n. 575. Concurrerant ad Capitulum generale tunc temporis celebrandum ultra duo millia fratrum Minorum. Concesserat idem Summus Pontifex plurimas indulgentias omnibus, qui ad translationis ejus solemnia devote convenissent. Desiderabant Fratres et Fideles qui concurrerant videre, et suis oculis experiri illud tam prodigiosum Divinæ potentiæ miraculum. Volebat et Summus Pontifex, ut omnium desiderio et devotioni satisfieret, quod Sacrum Corpus exponeretur, et, ut sic, etiam *fides Ecclesiæ roboraretur, convalesceret spes, et charitas recalesceret: Sic confutaretur hæretica pravitas, lapsus delinquentium cohiberetur, et induceretur conversio peccatorum.* Verba sunt ejusdem Gregorii IX in diplomate, in quo concessit licentiam, ut *gloriosum Corpus Sancti Francisci ad Ecclesiam ipsius nomini dedicandam transferretur.* (a) *Civitatis Rectores, ut*

„ cisci appellat *sanctissimum corpus*, vel *prædictum corpus*, „ V. C. Adversarius *censeret inferri, sacrum corpus D. Francisci incorruptum adhuc permansisse in ultima translatione*. „ Attamen nemo mortalium idem cum ipso censebit. Opinionem ergo ipse suam foveat, dummodo non eo curam convertat, ut huiusmodi sententiam aliis inditam, ac probatam velit. Recole *Adnotata ad* §. 21. *huius Opusc.* „

(a) „ Duo præstitit Gregorius in diplomate inchoato per „ verbum *Mirificans*, *in quo* (ut ait Adversarius) *concessit li-*

ventum erat ad Ecclesiam, restiterunt communi omnium desiderio, corpus videre volentium, inquit Wadingus. *Prædictum Corpus ausu sacrilego rapientes in superbia et tumultu mysterium translationis damnabiliter prophanarunt, non passi, a Fratribus prædicto sancto venerationem debitam exhiberi.*

Ex iis, et ex illis D. Bonaventuræ, quæ exhibui documentis, nullum esse, crederem, qui non inferat Corpus S. P. N. Francisci incorruptum adhuc fuisse quando translatum fuit ad Ecclesiam ipsius nomini dedicatam; quique non agnoscat, non a Pelbarto, sed ab iis documentis ortum habuisse opinionem incorruptionis dicti Sacratissimi Corporis.

„ *centiam, ut gloriosum corpus Sancti Francisci ad Ecclesiam* „ *ipsius nomini dedicandam transferretur*, et ex quo diploma- „ te idem ipse Adversarius decerpit verba *ut fides Ecclesiæ* „ *roboraretur ec.*

„ Primo quidem egit Gregorius de transferendo corpore „ D. Francisci in Basilicam, quamquam intimis in partibus „ non exornatam, atque absolutam, tamen iam inde ab eo „ tempore ad fastigium perductam. Insuper vero, quum il- „ lud diploma daret *ad Magistrum*, sive, ut mavult *Vadin-* „ *gus* ad Annum 1230 *ad Ministrum, et Fratres Ordinis* „ *Minorum, in Capitulo Generali constitutos*, rescissetque Gre- „ gorius, hominem vita functum *in Teutonia, ipsius Sancti* „ *celebri nomine* super ipsum *invocato*, revixisse, suam de „ tanto prodigio admirationem, ac gaudium Francisci filiis im- „ pertiit. Ac priusquam verba de sacri corporis translatione „ faceret, suscitati a morte hominis exaravit historiam; cui „ prologum præfixit de multiplici miraculorum utilitate. *Sic* „ *enim* (inquit Gregorius, *apud Vading. loc. cit.*) *fides Eccle-* „ *siæ roboratur, convalescit spes, et charitas recalescit; sic* „ *confutatur hæretica pravitas etc.* Sed quæ de miraculis per „ sanctos viros a Deo editis præfatus est Pontifex, ea voluit „ Adversarius aptare corpori D. Francisci, quasi incorruptio „ in eo perstans celebretur a Gregorio, et ad eam pertineant „ eius verba: *Sic enim fides Ecclesiæ roboratur etc.* Deus im- „ mortalis! Quam non decebat virum ingenuum, ac doctum „ ad hæc artificia confugere, quibus in foro infimi patroni, „ omnibusque defensitandæ causæ facultatibus lapsi, non si- „ ne probro togatæ gentis, utuntur! „

28. Antequam ad alia procedam, non prætermittenda mihi videntur ea, quæ de hujus opinionis excudendæ causa aut occasione dicit cl. auctor. *Arreptam fuisse occasionem*, *affirmat*, *ex mira illa specie ac flexibili mollitie artuum cunctorum Cadaveris D. Francisci, quæ in illo animadversa est, donec sepulchro caruit . . . Scilicet speciem inusitatam Cadaveris D. Francisci, membrorumque mollitiem tunc animadversam certo divino prodigio nonnulli adscripserunt idque prodigium censuerunt perenne esse debere. At ego postremum hoc fidenter nego. De primo illo capite, nimirum, utrum candor, pulchritudo, mollities in Sacro Cadavere deprehensa, priusquam tumulo mandaretur, divino prodigio sit tribuenda, incertus animi sum, nec habeo, quid pro explorato constituam.*

29. Afferat cl. auctor documentum unius saltem eorum, qui speciem illam inusitatam Cadaveris S.Francisci, membrorumque mollitiem, tunc animadversam certo Divino prodigio nonnulli adscripserunt, in quo constet, nonnullos censuisse prodigium id perenne esse debere. Non faciet. (*a*) Tam hebe-

---

(*a*) „ Ut me a petitione, atque impetu V. C. Adversarii „ tegam, probandum est mihi, extitisse scriptores, qui e per„ brevi insepulti cadaveris D. Francisci incorruptione eam ad „ hanc diem manere collegerint. Non ego patronorum incor„ ruptionis libros, qui neglecti, ut plurimum, in loculis „ bibliothecarum iacent, ut id patescat, excutiam. Erit mihi „ pro instructissima bibliotheca hic ipse, quem manibus te„ ro, Adversarii eruditissimus commentarius. *Huius* enim *lu„ cubrationis* §. 15. sic loquitur *Rugilus*: *Igitur luculentissi„ me S. Bonaventura testatur, Francisci Corpus in mortis cra„ stino, sive immediate post mortem, incorruptionem, et im„ mortalitatem, miraculi intercessione, induisse etc. Quis di„ xerit, certissimum, ac præclarissimum hoc incorruptionis pro„ digium momento temporis evanuisse? Dum etiam nulla præ„ ter hæc monumenta superessent, qui non inde potissimum „ diuturnam, ac permanentem sancti corporis incorruptionem „ iure optimo inferret?* Hæc quum scripserit *Rugilus*, et re„ ctissime excogitata, ac scripta putans Adversarius *Opusculo „ huic*, quasi gemmam, incluserit; cur mihi nunc ferme „ conviciatur, urgetque *afferam documentum unius saltem*, „ qui animadversam in recenti cadavere D. Francisci pulchri-

tes eos considerat, ut non omnem mollitiem, flexibilitatem, candorem, aliaque inusitata, quæ statim post mortem cernuntur in cadaveribus deffunctorum esse semper miraculosa, ignorarent? Tam in rebus physicis tardos et idiotas, ut non sciverint incorruptionem cadaverum multoties esse a causis naturalibus? Sed peritissimi erant. Et si eorum aliquis scientia rerum harum carebat, sufficiebat ei Sancti Doctoris Bonaventuræ testimonium, qui omnia illa inusitata et nova, quæ in Corpore S.Patriarchæ post mortem cernebantur, tamquam miracula divinitus operata agnovit et declaravit.

30. Sed nec D. Bonaventura, nec quisquam eorum, qui Divino prodigio adscripserunt speciem illam inusitatam, mollitiem, candorem, pulchritudinemque Corporis D. Francisci, censuerunt, nec affirmarunt, id prodigium perenne esse debere. (a) Dicant, dicant RR. PP. Conventuales, si magni illi Viri, qui tam eruditis et accuratis dissertationibus defenderunt constantem et perpetuam ipsorum traditionem de incorruptione et integritate Corporis S. P. N. Francisci, tam ignorantes erant, ut censuerint, privilegium incorruptionis perenne esse debere? Non dicent, nisi velint iniuriam gravissimam sibimetipsis, et universo Ordini inferre. Sapientissimi Theologi erant. Et nullus est inter Theologos, nec incipiens tiro, qui censeat, privilegium incorruptionis alicui Corpori concessum perenne esse debere; vel non posse Deum adimere privilegium incorruptionis, quod alicui corpori concessit. Agnorunt illam primam incorruptionem ut prodigiosam: *Ex testimoniis Summi Pontificis Gregorii IX, Sancti Bonaventuræ et aliorum probabant Corpus Divi Francisci Patris Nostri incorruptum permansisse usque ad ipsam translationem in Basilicam*

„ tudinem, mollitiem, atque, uno ut dicam verbo, incorru-
„ ptionem censuerit perennare debuisse? Egone afferam? Ab
„ *frustra petis*, ut proverbii loco circumfertur, *quod intus*
„ habes. „

(a) „ Non eo in errore versatus est, vir ingenii acerri-
„ mi, *Bonaventura*. At versati sunt recentiores aliqui, in iis-
„ que ipse Adversarius, qui inculcatum a *Rugilo* errorem a
„ se paullo ante non repulit, iamque receptum, nunc pri-
„ mum agnoscit, ac damnat. „

ipsius nomini dedicatam. (*a*) Post illam translationem nullus usque nunc est, qui dixerit, se vidisse dictum Sacratissimum Corpus in ossa et cineres resolutum: immo sunt multa testimonia omnem fidem humanam exigentia (si, testimoniis sub juramenti religione a gravissimis et fide dignis Viris datis, credendum est) aliquorum, *qui ipsum corpus viderunt incorruptum et integrum*. (*b*) Hinc censuerunt, non quod incorruptio-

---

(*a*) ,, Primus, qui per Gregorii IX testimonia conciliare ,, fidem agressus sit sententiæ de incorrupto corpore D. Francisci, ni fallor, est Adversarius. Qui quidem ut in nova ,, provincia rem bene gereret, transtulit ad incorruptionis causam, quæ Pontifex de sacris stigmatibus ei divinitus inustis, ,, vel quæ de miraculorum utilitate verissime, ac luculenter ,, disseruit. (Recole *Adnotata ad* §. 24, *et* 27 *huius Opusc.*) ,, Quoad *Bonaventuram* vero, quoniam nihil monstri est, quod ,, studium partium non pariat, fateor equidem incorruptionis ,, patronos ad sententiam suam constituendam alias usos esse ,, *Bonaventuræ* pluribus locis, necnon idem egisse V. C. Adversarium, priorum vestigiis naviter insistentem, nec quidquam difficile, atque operosum pro suscepta causa aggredi ,, recusantem. Sed eius patronos per Gregorii, ac Bonaventuræ testimonia *probasse* (quod fidenter Adversarius enunciat), manentem exuviis Francisci incorruptionem saltem ,, *usque ad ipsam translationem in Basilicam ipsius nomini dedicatam*; nemo dabit, quamvis insigniter benignus, ac liberalis.

(*b*) ,, *Balthasar Lombardius*, propugnator incorruptionis, ,, si quis alius, acutus, ac sollers, narrationes, inerudito plerumque artificio compositas, semper tamen manifeste commentitias, de iis, *qui ipsum Francisci corpus viderunt incorruptum et integrum*, negavit se posse tueri. (*Demonstr. pag.* 21.) Omnino *Lombardius* de narratiunculis illis visus ,, est canere poetæ carmen

,, *Si Pergama dextra*
,, *Defendi possent, etiam hac defensa fuissent.*

,, Quæ postquam cecinit canorus senex, ac pugna sese ,, subduxit, bellum Adversariis meis, maiore præstantibus alacritate, debellandum reliquit.

nis continuatio debita erat Corpori, nec quod semper manere debebat incorruptum Corpus D. Francisci; sed quod Deus sua gratia, misericordia, et potentia conservabat illud incorruptum ad fines suæ altissimæ providentiæ.

31. Ubi, ergo, sunt illi *Patroni incorruptionis Corporis Seraphici Patriarchæ, qui pudendæ rerum de quibus agebant insciliæ opinionem suam superstruxerunt?* Ubi illi qui *falsi patrocinium, non ignari quid agerent, susceperunt, ac pro mendacio mendaciis decertavere?* Qui sunt illi, in quos tanta iracundia et animositate Auctor Positionis invehitur fol. 20. 21. et 23. tamquam impostores, de *dolo*, de *versutia*, de *mendacio*, de *calliditate*, et *audacia* accusat et arguit? Etiam pacatissimi hominis inquietari animum, necesse erit, si tot, tamque improbas calumnias et convitia legerit. (*a*)

(*a*) „ Ut odia propugnatorum incorruptionis (si qui modo sunt, qui sententiam illam propugnent ex animo) acuat in me Adversarius, præterit verba, quibus acerbitatem meorum dictorum lenivi, curavique, ne probis viris in contumeliam verterent. Scripsi enim in *Adnotat. ad pag.* 20. *Demonstrationis*: *Ego autem profiteor, me sectatores sententiæ illius, adversentur mihi licet, in maximo honore habere, quum illam bona, ut inter bonos agi oportet, fide tuentur.* At fuerunt qui sua inventa pro traditionibus venditarint, quique, ut Francisci corpus, postquam in Basilicam inductum est, ab aliquibus inspectum probarent, incorruptumque repertum, adulterinas, et a se exaratas chartas supposuerint pro vetustis; de quo flagitiosissimo ausu sermo erit, quum aliquid *ad opusculum alterum* commentabimur. Hasce ego artes non exsecrer? Non insecter? *Annios* ergo *Viterbienses* amplexemur, *Inghiramios* exosculemur, *Ceccarellios* vero, ac *Ligorios* in sinu, oculisque feramus, quod sexcenta marmora, atque diplomata, ut imperitos ludo haberent, vetustatis fuco obliniverint. Restat, ut me purgem de iis, qui *pudendæ rerum, de quibus agebant, inscitiæ opinionem suam superstruxerunt*. Iis ego verbis, ut patet ex *cit. pag.* 20. *Demonstrat.* scriptores notavi, qui *ex incorruptione illa, si ita volunt, prodigiosa, quam corpus D. Francisci, Minorum Parentis, perbrevi temporis spatio præsetulit, semper incorruptum mansisse contorta argumentatione de-*

32. Liceat mihi per Sacram Congregationem, et per S. V. omni, qua possim, tranquillitate ab auctore, vel potius a Rmo P. Generali, qui positionem præsentavit S. V. rogare, dicere dignentur: An Summus Pontifex Gregorius IX S. Bonaventura, Sancta Inquisitio Romana, universus Ordo Minorum Conventualium, Cuncti Summi Pontifices et alii gravissimi Viri *quorum documenta sunt in Summario*, et insuper Benedictus XIV *qui omnes opinioni incorruptionis Corporis S. P. N. Francisci adhæserunt, et susceperunt*, eam eorum multi acriter defendere, necnonque visitationes Summorum Pontificum et aliorum admiserunt: arguendi sint de *pudenda rerum de quibus agebant inscitia, de dolo, de mendacio, de versutia*: vel de tanta ignorantia et idiotismo culpandi, ut tamquam *minus cauti, ac periti teneri quidem potuerint fabulis, sycophantiis, præstigiis, captionibusque?* Dedecet hæc proferre: Sed decentius fuisset, quod in una positione Summo Pontifici Domino Nostro Pio VII exhibita, patroni sententiæ de incorrupto D. Francisci Corpore, inter quos multi sanæ et sanctæ memoriæ Prædecessores sui numerantur, injuriosius, quam credibile est, agerentur. (*a*)

„ *duxerunt*. Hic vero negat Adversarius fuisse, aut esse aliquos, qui tam inconsulte, ac tam extra rectam normam argumententur; rogatque *Ubi sunt?* Qui non sit obliviosus nimium, fuisse recordabitur. „

(*a*) „ Constitui sane apud me numquam in hac responsione ab urbanitate, ac lenitate discedere. Quod nisi fixum, ac statum haberem, certe, quin maledicus videar, hoc loco possem dolori meo obtemperare, quem de imposita nunc mihi calumnia acerbissimum capio. Quæ enim de scriptorum quorumdam, sæpe ineptas per argumentationes, sæpe fraudes per execrandas incorruptioni patrocinantium, vecordia, audaciaque profudi, ea Adversarius iacta a me criminatur, ne de aliis querar, in D. Bonaventuram, in Romanos Pontifices, et in amplissimos Viros exercentes quæstionem de hæreticis, quos omnes *incorruptionis sententiæ adhæsisse*, eamque *suscepisse*, erectus, alacerque gloriatur. His violatæ religionis, et in augustos viros obsequii criminibus non ille me privata in lucubratione onerat, sed in libello, quo PONTIFICEM MAXIMUM, AC DOMINUM NOSTRUM

53. Sed ad sectionem III in qua de historia Corporis D. Francisci non ita pridem inventi sermo est. Fol. 55. n. 26. Postquam refert decretum Pauli V Pontificis Maximi, in quo *SUB POENA EXCOMMUNICATIONIS LATÆ SENTENTIÆ IPSO FACTO INCURRENDÆ VETUIT, ne quis auderet SUB QUOVIS PRÆTEXTU, AUT QUÆSITO COLORE IN ECCLESIIS, ET MONASTERIO B. FRANCISCI CIVITATIS ASSISII ORDINIS MINORUM CONVENTUALIUM PERQUIRERE, SEU ALIQUAM DILIGENTIAM QUOVIS MODO FACERE PRO INVENIENDO CORPORE, VEL LOCO, UBI REQUIESCIT CORPUS GLORIOSISSIMI PATRIS SANCTI FRANCISCI*: dicit cl. auctor: *Equi-*

„ affatur. Quare, quantum in se est, ille me designat ad „ cædem; iubet expediri secures.

„ Sed quid habet Bonaventura, quod ad tuendam incor„ ruptionem non immerito, ac per non iniuriosas recto sen„ sui cavillationes trahatur? Profecto nihil. (*Adnot. ad* §. 11. „ *et seqq. huius Opusc.*) Quid habent Romani Pontifices, quo„ rum *documenta* e meo narrat *Summario* esse petenda? Ha„ bent, Francisci exuvias in spiritalem non abiisse naturam, „ et esse *corpus*; ideoque habent pro Adversariorum causa pro„ fecto nihil. (*Adnotat. ad* §. 22. *huius Opusc.*) Quid Gre„ gorius IX habet, quem intento Adversarius clamore sibi „ advocat? Profecto nihil. (*Adnotat. ad* §. 24., *et* 27 *huius* „ *Opusc.*) Quid habet Benedictus XIV, a quo sibi peculiare „ patrocinium arcessit? Profecto nihil. (*Demonstrat. pag.* 96, „ *et seqq.*) Superest ergo faveant Adversario hæreticæ pravita„ tis Quæsitores, iique maxima sint severitatis exempla edi„ turi, si quis Francisci corpus vigere, ac stare non fateatur. „ Verumtamen adversantium Quæsitorum anxietatem, ac me„ tum detrahunt nobis *Bollandiani Analect. de S. Franc. part.* „ 4. *num.* 6. qui non e rivulis, sed ipso ex fonte sensa Quæ„ sitorum hauserunt, eosque percontati responsum tulere, „ *nullam eiusdem* (universalis inquisitionis), *extare prohibi*„ *tionem, præter illam etc. peculiarem Octavio Assisiensi Epi*„ *scopo factam*. At vero necesse est, Octavium Episcopum li„ bro, quem propediem editurus ferebatur, præter corrupti „ corporis sententiam, alia, minime probanda, consignasse, „ quum nemo unus Quæsitorum aliis molestus fuerit, qui

dem facile credam tam severam legem sanxisse Paulum, non solum quod ageretur de reliquiis Viri inter Sanctos relati; sed praecipue, quod ageretur de exuviis D. Francisci, atque expedire iudicaret, eas ab omnium oculis submoveri. Intelligebat enim omni excultus doctrina Pontifex, ingenioque acutissimus Pelbarti opinionem de incorruptione Corporis S. Patriarchæ male nutare, quippe quam scriptor protulerat ab ætate D. Francisci immani annorum intercapedine disterminatus. Simul tamen noverat Paulus eam sententiam cum plausu exceptam altissimas in animis plerorumque egisse radices, nec eas ita facile posse succidi. Quid si Ossa detegerentur, quæ vel sexcen-

---

„ Francisci cadaver, editis libris, scripserint, more cadaverum „ cæterorum, extabuisse. Atque adeo nemo fuit molestus *Gabrieli* illi *Rotomagensi*, qui Antuerpiæ, virorum eruditorum „ conferta in corona, publicaque, ut dici solet, in disputatione „ assertores incorruptionis ad contradicendum provocavit, haud „ dubitans, repente, unoque in vestigio vim adversam se posse frangere.

„ Sed ut ad Romanos Pontifices redeam, quibus certum „ esse adversarius statuit, Francisci exuvias corruptionis vitio „ carere, inextricabili ambage ille impeditur, et erroris arguitur ob hoc ipsum, quod modo calet, indicium. Non enim „ SANCTISSIMUM PONTIFICEM, AC CLEMENTISSIMUM „ DOMINUM NOSTRUM latuit, Asisinates reliquias, quibus, „ ut mortali spolio D. Francisci cultum quærimus, esse vitio „ corruptionis affectas. Cur igitur, ut vera dispiceret, teneretque, num Asisinates exuviæ Francisco sint tribuendæ, „ amplissimos Antistites quinque huic rei inquisitores delegavit, et Assisium contendere iussit, ut quoniam non contemnenda pars, aut subsidium iudicii in ipsa reliquiarum, loci, et adiunctorum inspectione sita est, per acutos Viros, „ et perspicaces de his omnibus certior fieret? Cuius insipientiæ fuisset non statim causæ curriculum sistere, et tot, ac „ tanta movere, si aliorum iam Pontificum decretoria sententia elisam controversiam excitaremus! Quibus perpensis, „ egone, an Adversarius obsequio Romanis Pontificibus impendendo deroget, minime perplexum erit statuere; ac statuatur velim, ut obloquendi, ac calumniandi tollatur impunitas. „

tis argumentis ad Francisci Corpus spectare probarentur, sed tamen Ossa essent, atque reliquiæ nullo incorruptionis privilegio insignes, et injuria temporis, quod solet, affectæ? Numquid non erat verendum, ne ætas illa, in sua pietate aliquanto rudior, quæque, cum de Francisco agebatur, mira semper, insueta, divina, quasi ex singrapha cum Deo agens, poscebat, obfirmato animo recusaret pro Francisci Corpore Corpus agnoscere a corruptrice omnium rerum vetustate pessumdatum. Sapienter igitur Paulus Pontifex fecit, qui de eo tunc temporis vetuit inquiri.

34. Sapienter fecisse Paulum Pontificem, prohibendo, per decretum ab Alfonso tituli S. Sixti S. R. E. Præsbytero Cardinali Vicecomite, Ordinis Minorum Conventualium Protectore datum, inquiri, nullus non dicet. At nec Paulus V nec Alfonsus Cardinalis Vicecomes memoriam faciunt Pelbarti, nec opinionis eorum, qui incorruptionem sustinebant. Quin potius si ex decreto ipso argumentandum est, ex ipso, et in ipso non obscure constat Paulum Pontificem adhæsisse sententiæ de incorruptione Corporis Seraphici Patriarchæ; Siquidem dicit: quod non silet ulla diligentia *pro inveniendo Corpore, vel loco, ubi requiescit Corpus gloriosissimi Patris Sancti Francisci*: qui loquendi modus obvie, et proprie significat Corpus integrum et incorruptum, juxta regulam exhibitam a cl. auctore fol. 11. nota *A*. (*a*) Sapientissimi Bollandiani postquam expenderunt fol. 956. n. 198. Visitationem Corporis S. P. N. Francisci factam a Rmo Piscullio Generali Minorum Conventualium anno 1602. de qua postea loquar, dicunt: *Hæc relatio reliquis apparet firmior, si tempus, occasio, et personæ in ea memoratæ, locumque ex quo eadem deprompta fuit, spectentur. Nam quod ad tempus attinet, visitatio contigisse debuit mense Junio, aut Julio anni 1607; id est, uno alterove mense ante decretum Pauli V datum die 28. Augusti ejusdem anni, quo ille sub poena excommunicationis severissime prohibuit,*

(*a*) „ Pergit, pergetque V. C. Adversarius, quod sæpe mirati sumus, a nomine *corporis* Francisci exuviis tributo agnitam illorum incorruptionem inferre. In quo si argumento persistit, vereor, nisi mei me nominis obscuritas tegit, ipse etiam, qui eo vocabulo sæpiuscule utor, incorruptionis patronus dici. „

ne quis in S. Francisci Corpus inquirat. Hæc autem temporis propinquitas suspicionem movere potest, visitationem de qua loquimur eidem decreto condendo occasionem dedisse, nullam enim aliam novimus.

35. Hanc, quam suspicantur observantissimi Bollandiani, fuisse causam Decreti Pauli V non obscure infertur. Divulgatum erat: *Quod Sixtus IV Anno 1476 jusserat, hortante S. Jacobo de Marchia, cuniculum, per quem ad Aediculum subterraneam, in qua S. Corpus est, patebat accessus, et scalam, per quam erat descensus, denso aggere ex lapidibus, ac coementis compacto, repleri; atque ita Unicuique interdictam fuisse praedictum Sanctum Corpus videre.* Pervenit ad Aures Pauli V inter Pontifices zelantissimi authoritatis suae, et observantiæ mandatorum suorum Praedecessorum, rumor Visitationis Rm̃i Patris Generalis Piscullii mense anteriori factae absque sua licentia, et beneplacito. Quid mirum, quod iussisset Cardinali Protectori, quem valde queribundum de facto Patris Generalis, ipso etiam inscio, considerare licet, tam severum Decretum formare et intimare ad reprimendos quoscumque ausus contra mandata Sixti IV.? Melius est hanc dicere fuisse causam illius Decreti, quam recurrere ad eas, quas assignat Cl. Auctor, quae si bene expenduntur, minus secundas, et zelo integerrimo Pauli V. et pietati ac catholicismo fidelium illius aetatis esse cognoscetur (*a*).

(*a*) „ Non pertinax mea propugnandi studium, sed veritatis tuendæ cupiditas iniicit mihi quodammodo manum, nec „ sinit assentiar V. C. Adversario, dum causam Paulini decreti, vestigationem nostrarum reliquiarum vetantis, ab inspectione Pisculliana repetit. Nam qui possum decreti causam „ in fabula putidissima collocare? Huiusmodi autem mihi est, „ et aliis ante me fuit tota illa narratio de stante, ac vivido „ Francisci Corpore Piscullii oculis obiecto in tertia, infimaque Basilica. Quæ quidem narratio (quod mireris, ac fraudem olet) quum rem pandat anno gestam MDCVII, omnes „ tamen latuit ad id usque tempus, quo describenda a *Bollandianis* erat vita Francisci, ac tunc primum ab *Antonio* „ *Pagnio*, homine *Conv.* illis est impertita, ad aliosque manavit. (*Bollandian. Analect. de S. Franc. part.* 4. *num.* 185.

„ Sed suppositionis indicia, quibus inspectionis Pisculliana-

36. *Noverat*, certe, *Paulus sententiam*, de incorruptione Corporis S. Francisci, *cum plausu exceptam altissimas in animis plerorumque egisse radices*, *nec eas ita facile posse succidi*. Sed unde noverat? A constantissima Traditione, quae ab ipso transitu Seraphici Patriarchae incepit, quae semper viguit, quae semper floruit, quae semper perseveravit, et quae post Paulum V profundiores in toto Christiano Orbe radices egit. Sentirem Sacrae Congregationi, et S. V. fastidium, molestiamque tam diffusis narrationibus causare. At *cum maxima argumentorum vis*, *quae in Positione sunt ad negandam incorruptionem Corporis S. P. N. Francisci*, *in eo consistat si-*

„ næ narratio scatet, non omnia nunc colligo. Opportunius „ deinde prodentur. Liceat tantummodo quærere: Cur, si Piscullio contigit Patriarchæ Sancti corpus, præstantissimo incorruptionis prodigio honestatum contemplari, sique, ut „ Adversario videtur, prodigii admirandi rumor Pauli V Pontificis aures implevit, cur, inquam, quominus mortalium „ ullus deinde illuc accederet, Paulus inhibuit? At seræ, „ pessuli, clathri, si qui intrantibus obstabant, amovendi, „ erant, immo comminuendi. descensusque in imam Basilicam omni ope, et quavis impensa molliendus, ut populares, convenæ, Catholici, haud Catholici, pii homines, ac minus pii eo exemplo discerent, quam grata Deo „ O. M. pietas fuisset viri e Catholica societate sanctissimi, „ qui non solum Christi vulneribus notari meruisset, sed „ insuper multis post obitum sæculis corpore succi pleno, erectoque manere. Non autem, Paulo V Pontificatum obtinente, verendum erat, de quo primis post obitum Francisci temporibus haud ex vano gliscebat metus, „ ne aperta vi sibi eius corpus aliqui assererent. Nulli enim „ tunc per Italiam factiosorum globi. Nulla ditionem Pontificis arma miscebant; sed omnes, qui in ea versabantur, „ eius dicto audientes. Quare, quum Paulino decreto condendo Pisculii inspectio tamquam causa subesse non potuerit; „ immo quum Pisculliana inventio incorrupti corporis D. Francisci nequeat cum Pauli decreto componi; superest, ut conatus vestigatorum sacri corporis ea de causa represserit Pontifex, quam facili coniectura elicui, ne scilicet detecta corruptio animos ea ætate rudes, et in adversa opinione defixos, offenderet „.

lentio observato, *ut dicitur*, *ab omnibus Scriptoribus saeculi XIV et XV* necessarium esse, videtur mihi, ex Documentis, quae habentur, et constant in Summario ipsius Positionis, et ex Regula certa et vulgatissima hermeneutices, quam tradunt et admitunt Cl. Auctor Positionis, et Rmus Pater Generalis, convincere, eos male dixisse *fol.* 11. n.° 3. *Non denique Scriptori ulli saeculi XIV vel XV excidit verbum, quo Corpus Sancti Patriarchae corruptioni haud obnoxium fuisse prodatur*.

37. Nam, si juxta Regulam certam et vulgatissimam: *Debemus tribuere verbis sensum obvium, ac proprium, quin ad Calamistros ac pigmenta Rhetorum confugiamus*; necesse erit, confiteri, non solum Summis Pontificibus Gregorio IX. Alexandro IV. Innocentio IV. Clementi IV. Nicolao IV. Bonifacio VIII. Bonifacio IX. Innocentio VII. Martino V. Calixto III. et Sixto IV sed et gravissimis Scriptoribus D. Bonaventurae. Nicolao de Curbio. Salimbeno. Rainerio de Arezo. Benvenuto Ramboldi. *Antonio Maria Azzoguidi*, Bartolomeo Pisano, *excidisse verba*, *ex quibus constat*, *traditionem incorruptionis Corporis S.P.N. Francisci viguisse apud Saeculorum XIII. XIV. et XV. Pontifices*, *ac Scriptores*; siquidem ii scripsere ab anno 1230. usque ad 1390., et quando sermonem faciunt de exuviis S. Patriarchae, utuntur verbo aut vocabulo *Corpus*, ut videre quis poterit in ipso Summario praesentato; quod verbum *Corpus*, non rhetorice, sed, juxta praedictam regulam, in obvia et propria significatione Corporis integri et incorrupti sumendum esse convincitur (*a*).

(*a*) „ Tute vides, Vir Clarissime, *maximam argumentorum vim* (sic enim loqueris §. *super.*) *ad negandam incorruptionem etc. in eo consistere silentio observato*, *ut dicimus*, *ab omnibus scriptoribus sæculi* (XIII) *XIV*, *et XV*, „ nempe usque ad Pelbartum, sæculo XVI scribentem, ac repentinum in Transilvania incorruptionis doctorem. Sed quomodo tam diuturni temporis lacunam exples? Scilicet ad „ tuas te nugas; quo enim alio nomine appellem? revolvis, „ Pontificesque, ac scriptores, *in mea documentorum Appendice* allatos, in tua castra compellis, cogisque pro tua incorruptione præliari, idque levem illam, ac toties reie„ ctam ob causam, quod corrupto Francisci corpori corporis

38. Nec praetereundum est testimonium sapientissimi et inter doctos laudatissimi Joannis Gerresii Sepulveda in Histo-

---

„ nomen haud dempserint. Quod quid aliud est, quam fate-
„ ri, te lacunam illam, hiatumque trium sæculorum vora-
„ ginosum explere non posse?

„ Hic mihi monendus es, errore te lapsum, quum ag-
„ gressus ostendere *traditionem incorruptionis etc. viguisse apud*
„ *sæculorum XIII, XIV, et XV Pontifices, ac scriptores*, scri-
„ ptoribus illis *Antonium Mariam Azzoguidium* accenses. Ve-
„ rumtamen *Azzoguidius*, *Vir Conventualis*, mox elapso sæcu-
„ lo vixit, ac Benedicto XIV Pontifici inscripsit *Sancti An-*
„ *tonii Ulyssiponensis*, *cognomento Patavini Sermones in Psal-*
„ *mos*, *Commentariumque Sicconis Polentonii de eius vita*.
„ *Bononiæ anno* MDCCXLII. Sed hoc erratum longa in scri-
„ ptione facile condonandum.

„ Ut vero magis, magisque innotescat, usque ad *Pelbar-*
„ *tum*, sæculi XVI scriptorem, nemini in mentem venisse,
„ D. Francisci corpus vividum, incorruptumque servari, do-
„ cumentum dabo (*Additament. ad Append. Docum. seu nov.*
„ *Summ. num.* 2.), quod nemo, nisi pertinacia cæcus, amens-
„ que, reiiciat. Non sine grati animi sensu fatemur, deberi
„ illud eruditioni, atque in hanc causam studio *Amplissimi*
„ *Viri I. B. Vermigliolii*, *in Perusino Athenæo Archeologiæ*
„ *Doctoris*. Est autem diploma Anno MCCCCXLII. *die* 21.
„ *mensis Decembr.* ab Eugenio IV. Pontifice Florentiæ datum
„ *Dilectis Filiis*, *Nobilibus Viris Prioribus Civitatis*, ut Pon-
„ tifex ait *nostræ Perusiæ*. Ex eo licet intelligere, Perusinos,
„ ut ad se Francisci corpus traherent, prætendisse metum,
„ ne Assisii parum tuto consisteret, utpote in urbe, quæ bel-
„ licis munimentis haud instructissima duceretur, aut con-
„ ferri saltem his opibus cum Perusio non posset. Revera
„ enim eo ipso anno, eiectis Sfortianis, potitus Assisio Nico-
„ laus Picininius urbem populatione vastavit, exhausit; nec
„ Basilica ab ipsa, ut ex *Annalibus Foroliviensisbus Murato-*
„ *rius* tradit, prædabundus miles manum abstinuit. Id rati
„ occasionem suam Perusini, petebant Francisci corpus ad se
„ transduci. Quorum petitioni haud secundas aures præbuit
„ Eugenius. Sed tamen Perusinis rescribens semel, iterum,
„ tertio Francisci exuviis *reliquiarum* nomen aptat. At reliquia-

ria de Bello administrato in Italia per Annos XV et confecto ab Illmo ac Rmo Cardinale Aegidio Albernotio, Pontificis Max. Innoc. VI. Legato, pro vindicandis in libertatem omnibus Urbibus, quae antea in ditione erant et imperio S. R. E. quam scripsit vel ad ultimum saeculi XV vel ad initium XVI et quae typis mandata fuit Romae an. 1521. Cap. igitur ult. lib, 3. sic ait: *Sed dum Assisii Ægidius commoratur, cupido incessisse animum* = fertur Corporis Sanctissimi Francisci Visendi = *Quod cum Venerabundus conspexisset, et* = impressa Christi Vulnera = *notasset, exclamasse dicitur, vel solum Franciscum ad firmandam Christi Religionem satis fuisse* = In hoc testimonio ex verbo *fertur* consequetur hanc notitiam habuisse Sepulvedam a relationibus MS. quibus usus fuit ad illam Historiam scribendam, vel eam accepisse ab aliis ante sæculum XVI. aut in ipsius saeculi principio, et ex ipso testimonio deducitur tunc viguisse traditionem incorruptionis Corporis S. Patriarchae, nam dicit: *cupido incessisse animum Corporis SSmi Francisci visendi etc.* (a)

39. Ab anno 1521 usque ad 1605 in quo Paulus V ascendit ad Summum Pontificatum, *Pelbartus Osualdus de Temesuar*, Marianus Florentinus, Jacobus Odi, Nicolaus de Nise,

---

„ rum nomen nulli rei licet imponere, nisi *e toto pars reliqua* sit; nec quod integrum est, reliquia est. Putabat ergo „ Eugenius obnoxium fuisse Francisci corpus communi humanorum corporum fato, ut, egressa anima, subtiliores „ inde partes recedant, et integra esse desinant. Insuper ex „ hoc licet colligere, ab officinis audacium hominum, et „ *Lege Cornelia de falsariis* profecto plectendorum, prodiisse „ tot illa documenta inspectionum incorrupti corporis D. „ Francisci, quæ ad tempora, Pontificatu Eugenii IV priora, referuntur. Si enim aliquis Francisci corpus fuisset intuitus, integrumque reperisset, idne Eugenium Pontificem „ latuisset? Aut qui sciebat Francisci corpus nulla corruptione esse labefactum, ita de eo loquutus fuisset Eugenius, „ ut cum gravi invidia, iustaque piorum hominum offensione, indultum ei divinitus privilegium videretur adimere„?

(a) „ Refer oculos, ac mentem ad ea, quæ de Ægidio „ Cardinali *Adnotata ad §. 2. huius Opusc. num.* 3. Addo tantum, *Sepulvedam* consignasse Albernotianam inspectionem

Utoratius Diola, Marcus Ulysiponensis, Joannes Santoro, Baretius Baretii, Petrus Rodulphus, Henricus Sedulius, Thoma Bozius; Alfonsus Ciacconius, aliique multi celeberrimi, incorruptionem Corporis Seraphici Patris nostri asseruerunt (a).

40. Visitationes et Recognitiones Summorum Pontificum omni animi ardore a toto Minorum Conventualium Ordine usque ad haec nostra tempora propugnatas reiiciuntur in Positione tamquam falsae et commentiae. At deprecor Cl. Auctorem Positionis, Rm̃um Patrem Generalem, et RR. PP. Conventuales, dicere, dignentur, an idem iudicium, de visitatione et recognitione corporis S. P. N. Francisci facta per Rm̃um Patrem Piscullium a Melphi, Generalem Minorum Conventualium, adiuncto R. P. Augustino Tinaccio, Sacrae Theologiae Doctore, et Secretario ipsius Patris Generalis, cujus Visitationis instrumentum vi juramenti scriptum manu propria, et ex obedientia datum ab ipso R. P. Secretario Tinaccio, ac

---

„ anno MCCCLIV, non anno MCCCLXIV, ut perperam scri-
„ ptum ab Adversario §. 2. Consule *Bollandian. Analector. de*
„ *S. Franc. part.* 4. *num.* 41.

(a) „ Scriptorum, quos V. C. Adversarius in aciem veluti contra nos his educit, signifer est *Pelbartus*, Temisvariensis homo, fabulæque incorruptionis pater, ut mihi appellare mos est. Ille tamen narrationem suam, a veterum testimonio desertam, inseruit eorum animis, qui subinde penes Adversarium sequuntur, aliorumque præterea, quos commemorare supersedet. Nimirum facile est rerum mirabilium studiosos, prodigiorumque exscriptores nancisci. In quibus fortasse aliquis fuit, qui *Pelbarti* inventum secum tacitus inscitiæ, impudentiæque accusaret, sed tamen sparsum ab eo prodigiosæ incorruptionis rumorem transmittendum ad posteros duceret ea de causa, quam acutissime *Canus* vidit, quum de scriptoribus, aut exscriptoribus huiusmodi, *Vulgus*, inquit, *sentiebant non tantum ea facile miracula credere, sed impense etiam flagitare. Itaque signa nonnulla, et prodigia etc. prodiderant, non quo ea libenter credidissent, sed ne deesse fidelium votis viderentur. Id vero eo magis sibi licere existimarunt, quod intellexerunt, auctoribus nobilissimis placuisse, veram historiæ legem esse, ea scribere, quæ vulgo vera haberentur.* (*Canus de loc. theol. lib.* 11. *cap.* 6.) Sed utcumque ista se habeant, quum ho-

in scrinio, seu Archivio, scripturarum ad ipsum Ordinem pertinentium, conservabatur in Conventu SS. Apostolorum Romae, quodque recognitum anno 1749. a centum viginti et amplius annis exaratum et scriptum fuisse constabat ex illius subscriptione et ex papiri et atramenti vetustate, cujus unum exemplar extractum a Notario publico, Dominico Fabiano Prassi, coram testibus fide dignis, die 10. Septembris dicti anni 1749. et testimonio Conservatorum Populi Romani cum eorumdem sigillis ordinariis ad plenam fidem faciendam, obsignatum, missum fuit ad Bollandianos, ferendum sit? In hoc Instrumento, sub juramenti religione dato, constat, dictos RR. PP. Piscullium Generalem, et Augustinum Tinacci, visitasse, vidisse, et recognovisse in mense Junii, aut Julii an. 1606. Corpus Sancti Patris Nostri Francisci incorruptum integrum, stans, etc. quae legi possunt apud ipsos Bollandianos, die 4. Octob. fol. 355. Dicent ne RR. PP. Conventuales, hanc Visitationem, hoc instrumentum, hoc ipsius exemplar ad Bollandianos missum, nihil aliud esse, nisi *errorum*, *fraudumque cubilia?* Crederem, non hoc dicturos; nisi velint occasionem, ansamque praebere, ut, de certitudine, veritate, et fidelitate scripturarum, Instrumentorum, et Documentorum suorum etiam sua juramenti religione exaratorum, ac in suis scriniis et Archiviis consesvatorum, dubitetur. (*a*) Fateantur, ergo,

---

„ rum omnium aetas haud ultra sæculum XVI assurgat, minime de illorum testimonio sollicitor „.

(*a*) „ *Antonium Pagnium* communicasse cum *Bollandianis* acta illa supposititia Piscullianæ inspectionis, paullo ante docui. Licet suspicari aut *Pagnium*, aut alium, qui eius ætate vixerit, excudisse documentum illud, quo deinceps in Dissertatione sua, sæpe a *Bollandianis* expensa, usus est *Rugilus*. Quicumque tamen suppositionis sit auctor (non enim *Pagnium*, hominem fortasse minime malum, certo indicio destitutus culpo) probavi iam, Paulo V Pontifice, ac Piscullio Ordinem Conv. gubernante, haud patuisse sacri corporis incorruptionem. Quum enim documenti artifex inspectionem Piscullianam consignet tempori, quod Pauli V decretum præcesserit (*Bollandian. Analect. de S. Franc. part.* 4. *num.* 198.) eius prodigii manifestationem sequi non potuit interdictum Pontificis ne quis auderet *perquirere*, *seu ali-*

necesse est, tunc temporis Corpus Sancti Patriarchae Nostri incorruptum permansisse: nec verendum fuisse aut timendum

---

,, *quam diligentiam facere pro inveniendo* (D. Francisci) *Corpore*; quæ sunt verba interdicti. Ne enim, rursus inculcem, quod superius posui, nullam fuisse, Paulo V Pontifice, causam tantum prodigium obruendi, ac non potius contemplandum omnibus exhibendi; mentientemne mihi Paulum Pontificem inducas, qui inventum iam a Piscullio, et attrectatum Franciscisci corpus, non inventum diceret, ac *pro inveniendo* vetaret aliquem allaborare? Apagesis. Aliis præterea rationibus monumentum inspectionis illius *Bollandiani* concutiunt. Illis enim monstri simile est, *Wadingum*, historiæ Ordinis Min. scriptorem, asserendæ incorruptioni, ut nemo magis, intentum, omniaque ad illius defensionem undecumque argumenta coacervantem de Pisculliana inspectione non meminisse, etsi primum Annalium suorum volumen, ubi pro incorruptione decertat, ediderit multos post annos, ex quo Piscullius Francisci vividum corpus intuitus esse narratur. Quid quod *Wadingus* non solum ei inspectioni locum nullum in historia sua tribuit, sed postquam alias, quamquam fabulosas, inspectiones recensuit, compsit, ornavit, dolore ictus, ac misere ingemiscens scribit: *nec ex nostris ullus est, qui memoriæ tradiderit, se illud* (incorruptum Francisci corpus) *vidisse*? Cur illæ lacrymæ, siquidem inspexisset *Piscullius*, *Ord. Min. Conv. supremus Præses*, comite *Tinaccio*, qui ei ab epistolis erat, quique inspectionis historiam scripsisse confingitur?

,, Veruntamen, quia licet inspectio *Piscullii* contigisse narretur multis annis ante primum editum Vadingianæ lucubrationis volumen, tamen inspectionis adulterina historia notam temporis præfert edito volumine aliquanto seriorem, hinc *Bollandiani* aliam se in partem flectunt, atque ita prosequuntur *loc. cit. num.* 199. *et seq. Quis etc. non miretur*, *Wadingum*, *totius Ordinis Minorum Annalistam*, *non fuisse a Tinaccio in tempore monitum de tam singulari communis Patris gloria*, *recenti oculorum fide comprobata? Verum si id casu tunc ignoraverit* Wadingus, *ignorasse non potuisset annis sequentibus*, *quibus ipse Romæ pariter scribens*, *additamenta ad eosdem Annales fecit*, *quæ deinceps ad calcem aliquot sequentium tomorum reposuit*, *et reverendissimus pater*

Paulo V quod detegerentur Ossa; nam in suo Decreto *Corpus*

„ *Iosephus Maria Fonseca ab Ebora in iterata eorumdem An-*
„ *nalium editione Romana anni 1731, et sequentium suis in-*
„ *seruit etc. Par omnino est silentium reverendi Patris Anto-*
„ *nii Melissani de Marco in Supplemento ad prædictos An-*
„ *nales etc.*

„ Sed mihi pluris, quam sexcenti *Wadingi*, ac *Melissa-*
„ *ni* tacentes, in huiusmodi negotio *Lombardius* est, non il-
„ le quidem elinguis, ac tacitus, sed liberam vocem attol-
„ lens, omnesque inspectiones Corporis D. Francisci, et in his
„ Piscullianam, falsitatis nota contaminatas dicens. Ille qui-
„ dem quum esset e *Conv.* Familia, Romæque scriberet, ubi
„ Curionem agebat ad *S. Salvatoris*, *ab Unda vocati*, acta do-
„ mesticæ inspectionis, ut ferebatur, legerat tum in ipso
„ *SS. XII Apostolorum* tabulario, tum apud *Bollandianos*,
„ quos de inspectionibus consuluerat. (*Demonstrat. pag.* 21.)
„ Quare si Pisculliana inspectio reiicitur a *Lombardio*, homi-
„ ne certe non hebeti, nec ita improvido, ut argumentum
„ pro sua sententia præstantissimum sine accurata meditatio-
„ ne, ac gravissimis causis repudiaret, nosne pariter non re-
„ pudiemus?

„ Fides autem nulla a *Lombardio* Piscullianæ inspectio-
„ ni adhibita, ut in libro professus est *della Sepultura del Se-*
„ *rafico Patriarca de' Minori S. Francesco etc.* et præfixa illi
„ approbatio *Bonaventuræ Bartoli*, *Artium*, *et sacræ Theolo-*
„ *giæ Doctoris*, *totius Ordinis Min. Conv. post eumdem Sera-*
„ *phicum Patriarcam Ministri Generalis LXXXXIII*, certissi-
„ mo indicio sunt, auctorem, quisquis ille fuit, documenti,
„ ad ispectionem Piscullianam venditandam conficti, lusum
„ illum lusisse privato consilio. Nam si in societatem frau-
„ dis Ordo coivisset; si Piscullianam inspectionem voluisset
„ defensam ac firmam; atque adeo nisi illam improbatam,
„ damnatam, explosam optasset; minime passus esset *Barto-*
„ *lus*, tunc universi Ordinis *Conv.* Rector, eam a Lombar-
„ dio reiici; nec Ordinis sententiæ, ac proposito adversum li-
„ brum approbatione sua munivisset.

„ Illud inconsiderate scriptum ab Adversario, labefactari
„ fidem documentorum, quæ in tabulariis Patrum *Conv.* con-
„ duntur, siquidem Pisculliana inspectio, monumento ibi con-
„ dito consignata, migret ad fabulas. Sed, quam exigua nu-

dixit, non Ossa; *Corpus* dixit? Ergo juxta regulam hermeneutices, *Corpus* verum et incorruptum (*a*).

41. Quantum hujusmodi fama de incorruptione Corporis S. P. N. Francisci a die 18. Augusti an. 1607. in quo datum fuit

---

„ mero sunt tabularia, in quæ non aliquid fictum, atque „ adulterinum irrepserit! Deferet quidquam Adversarius *Mabillonio*, qui iudicium in statuendo diplomatum pretio longo labore, ac diuturna exercitatione corroborarat? At is „ *lib.* 3 *c.* 6. *de re diplom.* pronunciare non veretur: *Collegia prope nulla, paucissimas Ecclesias, aut Familias immunes esse ab hac spuriorum Instrumentum labore*. Certe ego „ semper credam, apud *Boccapadulios*, quorum Romæ spectata est, atque annosa nobilitas, multam iacere veterum, „ ac genuinorum diplomatum supellectilem, licet inter germana apud eos servata documenta adsit quoque *Cronica*, „ ut inscribitur, *sive historia rerum notabilium Romæ scripta*, „ *et recollecta per Joannem Petrum Scriniarium Civem Romanum, et notarium publicum hoc anno Domini* 1350. *incoata*. „ Quod quidem male consutarum fabularum volumen fætum „ esse adulterinum *Alphonsi* illius *Ciccarellii*, qui, Gregorio XIII sacrum, ac civilem principatum obtinente, libidinem suam falsa excudendi capite luit, pro explorato habet *Riccius Notizia della famiglia Boccapaduli part.* 1. *cap.* 1. „ *num.* 5. ac prius *Riccio* docuit *Allatius*: *Antiquitatum Ætruscarum fragmenta etc.* Nimirum quum vetustissima, ac probatissima tabularia aliquando vafri homines pravis mercibus „ infecerint, hinc a *Mabillonio*, *Papebrochio*, *Ickesio*, *Germonio*, *Ruinartio*, *Maffeio*, *Fontaninio*, aliisque viris doctrina excultissimis elaboratum est diu, ac nonnihil etiam „ inter se præliatum, ut *artem* nobis *diplomaticam* traderent; „ quo veluti filo per avia ducti, certum iter in his teneremus. Nemo autem ex artis illius magistris canonem nobis „ fixit, quem V. C. Adversarius conatur imponere, nulli documento esse fidendum, quod e tabulario, suppositione aliqua fœdato, emerserit. Quæ argumentandi ratio si pondus „ mereretur, pluribus essent tabulariis subiiciendæ flammæ, „ ac forte ipsi *Observantes Patres* non possent ab aliquibus tabulariis suis infestos ignes arcere „.

(*a*) „ Recole quæ *Adnotata ad* §. 21. *hujus Opusculi* „.

Decretum Pauli V. per omnes mundi partes usque ad nostros dies aucta fuerit, constat ex testimonio Sancti Josephi a Cupertino. In Processus Beatificationis et Canonicationis suae actis fol. 563. invenitur declaratio, sub juramenti religione facta, Domini Bonaventurae Buono, Sacerdotis saecularis, sacrae Theologiae Doctoris, ac Primicerii Ecclesiae Cupertinensis, cujus ipsissima verba sic se habent. *Anno* 1639. . . . *profectus sum Assisium, S. Fr. Josephum salutaturus . . . . Rogavit me, an illo biduo, quo fueram Assisii, omnia ejusdem Civitatis loca sacra visissem, ac speciatim an Ecclesiam S. Mariae Angelorum. Respondi ad singula, addidique; Pater, cum sermo huc reciderit, verum ne est, quod ajunt, cor Sancti Patris Francisci esse in Ecclesia Sanctae Mariae Angelorum? TUM VERO TURBATUS PATER DEVOTE REPOSUIT. FORTE NE CORPUS PATRIS S. FRANCISCI EXENTERATUM SIT? ET NESCIS ILLUD ESSE INTEGRUM ET IN PEDES ERECTUM SUB HAC ECCLESIA? QUOD COR S. FRANCISCI IN ISTA ECCLESIA ESSE DICITUR, INTELLIGENDUM EST DE EJUSDEM AD EUM LOCUM AFFECTU. AC MOX EXCLAMANS, SUBITO MOTU VOLAVIT PER AEREM, ET MENSULAE INNIXUS PICTURAM S. FRANCISCI UTRAQUE MANU STRINXIT, OCULIS LACHRYMANTIBUS, ET IN EAMDEM IMAGINEM DEFIXIS.*

42. Hic ego non omni vocis contentione, ut aliquando Cl. Auctor (fol. 23. n. 17.); sed ea, qua decet statui meae professionis humilitate et mansuetudine, ipsum precari cogor, ut hoc D. Josephi a Cupertino testimonium conferat cum testimoniis ejusdem Sancti a se exhibitis fol. 82. et 83. et dicere dignetur, si ex dictis duabus imaginariis Visionibus probari potest sepulchri locus potius, quam ex isto traditio et veritas incorruptionis Corporis S. P. N. Francisci? Vixit S. Josephus a Cupertino ab anno 1603. usque ad 1664. Consequenter tempore quo exiit Decretum Pauli V qui, non solum *omni excultus Doctrina Pontifex*, *ingenioque acutissimus*, sed et zelo religionis ac vaerae pietatis acerrimus, sicuti poena tam severa prohibuit *perquirere*, *seu aliquam diligentiam facere pro inveniendo Corpore*, *vel loco*, *ubi requiescit Corpus gtoriosissimi Patrii Sancti Francisci*; abs dubio prohibuisset dicere et affirmare integrum esse, et in pedes erectum, si *intellexisset Pelbarti opinionem*, hoc est, traditionem, *de iucorruptione Cor-*

poris S. Patriarchae male nutare. Non nocuit, ergo, Decretum Pauli V opinioni incorruptionis; quinimo magis, magisque, in dies propagata fuit et radicata. (*a*)

(*a*) De Pauli V, decreto inquisitionem sacri corporis vetante, semel, iterumque iam doctum est, non aliunde proficisci illud potuisse, nisi a Pontificis sententia incorruptioni adversa, vel saltem a metu, ne dilata a *Pelbarto*, eiusque adstipulatoribus prodigii fama, vestigato, atque invento denique Francisci corpore, casura esset in nihilum. Quia vero Pauli decretum incorruptionis sententiam, seu potius fabulam, differri non vetuit, hinc illam docere apud Franciscales non est desitum, facileque insedit D. Iosepho Cupertinati, qui in Franciscalem *Conventualium* familiam cooptatus, eorum est institutis imbutus. Quid igitur commodi V. C. Adversarius pro causa incorruptionis percipiet ex illis Iosephi verbis, quæ familiari in collocutione aliquando protulit de Patriarchæ sui corpore: *Nescis illud esse integrum, et in pedes erectum sub hac Ecclesia?* Nihil aliud profecto inde eliciet, nisi D. Iosephum, Virum *Conventualem*, eam opinionem de hoc argumento fovisse, quam omnes, aut plerique saltem *Conventualis* familiæ Viri tempestate illa in deliciis habebant, ac Paulum V Pontificem, ab incorruptionis sententia, ut videtur, alienum, eam tamen passum esse iactari. Sunt enim quidam errores innocui, animisque altius infixi, quos, dum innocui manent, nec cum ullius detrimentis iuncti, supervacanei, atque ingrati laboris esset eradicandos suscipere. Eiusmodi autem erat Pauli V tempore incorruptionis opinio. Quum autem ex illius nunc iactatione, ac pertinaci tuitione illud sequatur cladis, ut Asisinates reliquiæ firmissimis probationibus Francisco assertæ, careant obsequio, despiciianturque cineres illi, qui satis amplis honoribus affici nequeunt; non est ferendum sane, eam hoc tempore propugnari, nec committendum, ut illius ope Francisci dignitas, ac iura violentur.

„ Quod vero Iosephus, postquam ea verba protulit, *exclamans subito motu volavit per aerem; et mensulæ innixus picturam S. Francisci utraque manu strinxit oculis lacrymantibus etc.* non inde inferas, per divinum prodigium fidem

43. *Constat* ex Sancta Inquisitione Romana. Nam cum D. Octavius a S. Francisco, Episcopus Assisiensis, ex Ordine Minorum Observantium, sub saeculi XVIII initium Librum scripsisset, in quo incolumitatem, et incorruptionem Corporis S. P. Francisci insectabatur, numquam typis excusus fuit vetante Sacra Inquisitione Romana, litteris ad ipsum Episcopum datis die 28. Novembris anno 1705. (a)

44. *Constat* ex jam antea citato R. P. Raymundo Missorio, Ordinis Minorum Conventualium Chronista, qui in Dissertatione, quam anno 1743. communicavit Sanctissimis Bollandianis, probat contra dictum R. Octavium incorruptionem et alia privilegia sacri Corporis S. P. Francisci. §. 1. *Art.* 1. *sic*: *S. P. Francisci Corpus ex S. Bonaventura incorruptum ostenditur*. §. 2. *Nonnulla adhuc afferuntur momenta ad hoc ipsum confirmandum*. *Art.* 2. §. 1. *Corpus S. Francisci assurgere peribetur*: *traditio haec proponitur et explicatur*: §. 2. *S. Bonaventura Seraphici Corporis stationem non obscure indigitat*. §. 3.

„ additam esse Iosephi sententiæ de corpore Francisci corruptionis experte; *quum sola* (recito *Bollandianorum* verba „ *Analect. de S. Franc. part.* 4. *num.* 214.) *de Sancto Patre suo*, „ *quem tenerrime diligebat*, *iniecta mentio sufficere potuerit*, „ *ut ille eiusmodi raptum pateretur*. Hoc vero aliis de Iosepho exemplis *Bollandiani* confirmant. Illud etiam egregie „ ostensum est, ac perpolitum ab iisdem Scriptoribus, non „ omnia, quæ Deus edit, prodigia ad veritatem alicuius doctrinæ, sed sæpe ad sanctitatem alicuius testandam edi. Nullis „ autem ex adiunctis *Bollandiani* liquere aiunt, additam corpori D. Iosephi levitatem, quæ solo illum abstraxit, ei fuisse impertitam, quo doctrinæ nullo nexu Catholica cum religione copulatæ auctoritas adiungeretur. Ille ipse, pro incorruptione magnus athletes, *Rugilus*, vidit, locum hunc „ Actorum Iosephi prodesse sibi profecto nihil. Quare, eo allato, addidit apud *Bollandianos*: *Hæc sincere*, *et pro modulo commentamur*; *nihil tamen nimium urgentes* „.

(a) „ Fuisse impune semper Francisci corpus tabefactum „ dicere, neque id tuentibus ullum periculum ingruisse a „ Quæsitoribus Fidei, ostendi superius *ad* §. 32. *huius Opusculi* „.

Pannus ex serico contextus, quo S. Francisci Corpus obtegebatur, stationis formam confirmat. §. 1. Nonnulli Romani Pontifices Seraphici Patris Corpus invisunt: quid in hisce Visitationibus compertum, quid fabulosum, ostenditur.

45. *Constat* ex accuratissima Dissertatione, quam R. A. P. Josephus Rugilo Secretarius, et Assistens Generalis, ac Provincialis Angliae transmisit ad Bollandianos nomine RR. PP. Minorum Conventualium anno 1766. in qua multis argumentis probat corpus S. P. N. Francisci singulari perpetuoque miraculo ad haec usque tempora integrum, incorruptum, quinque sacris stigmatibus recenti sanguine conspicuis insignitum, tenerum ac palpabile, stare sine fulcro in pedes erectum, oculis elevatis in coelum: 1. *Argumentum desumunt ex traditione constantissima, tum Ordinis nostri universi, tum maxime incolarum Sacri Conventus Assisiensis. 2. Ex relationibus, in facti substantia consentientibus, multorum testium oculatorum, natione, conditione, aetate, distantium, iisque haustis, aut in lucem proditis vel ab Auctoribus Synchronis, vel è fontibus minime gentium suspectis. 3. Ex consensu scriptorum quam plurimorum gravissimorum, passim etiam externorum, nonnunquam tandem Romanorum Pontificum. 4. Ex Sententiis, revelationibus, miraculis Sanctorum Virorum. 5. Ex collectione adminiculorum atque conjecturarum. 6. demum ex facillima solutione objectorum.* Apud Bolland. fol. 321. (*a*)

(*a*) „ Ut sententiam incorruptionis, cui ego adversor, ac „ cui nudiustertius *Observantes*, *Reformatique Patres* multo me „ acrius adversabantur, fulcirent *Missorius*, ac *Rugilus*, omne „ suum studium, viresque intenderunt. Quam pomposos illi „ titulos suarum lucubrationum capitibus, aut epitomi affixerint, non quæro. De testimoniis, ac rationibus, queis „ ingeniosi viri propositum suum muniverint, me sollicitari „ oportebat. Quum vero *Missorii*, *Rugilique* argumenta omnia „ fuse exposita sint a *Bollandianis*; quumque V. C. Adversarius nullum telum pro causa incorruptionis apud *Bollandianos* positum rubigine patiatur hebescere, sed omnia „ expediat, ac iaciat; *Missorium* ego, *Rugilumque* magnifice vici, si contra Adversarii aggressiones me, locumque „ tuebor „.

46. *Constat* denique, ut plurima alia omitantur, ex maximo Summo Pontifice Benedicto XIV. qui lib. 4. de Servor. Dei Beatif. et Canoniz. part 1. Cap. 31. fol. mihi 209. n.° 1. sic ait: *Sancti Francisci de Assisio Corpus diu post obitum integrum inventum est, stans illaesum, oculis apertis, et vulneribus recenti sanguine manantibus, uti habetur apud Wadingum ad ann. 1230. n.° 4. Sancti Corpus plures Romani Pontifices aspexerunt, Gregorius videlicet IX. Innocentius IV. Alexander IV. Clemens IV. Nicolaus IV. et Nicolaus V. At evecto ad Summum Pontificatum Sixto IV. cum ipse Assisium se contulisset anno 1476. hortante S. Jacobo de Marchia, jussit, cuniculum per quem ad aediculam subterraneam, in qua S. Corpus est, patebat accessus, et scalam per quam erat descensus, denso aggere ex lapidibus ac coementis compacto repleri, atque ita unicuique interdictum fuit praedictum Sanctum Corpus videre, quemadmodum fuse habetur in historia Conventus Assisiensis scripta a Fr. Francisco Maria Angelo a Rivotorto tit. 42.*

47. Quantas, ut hoc exceleutissimum tanti Pontificis testimonium, quod sibi obiicit fol. 86 n.° 76. dissolvat, responsiones congerat cl. auctor, et quam instabiles sint, exponere, necessarium esse, intelligo. Dicit, enim, 1. *Benedictum sequutum fuisse Wadingum Angeliumquè, et plane supersedisse a labore eorum opiniones librandi.* 2. *Benedictum perfunctum cura ostendendi, quaenam vere, quaenam false, quaenam ob Divinum prodigium, quaenam ob naturalium efficientiam causarum incorrupta sint, aut incorrupta dicantur cadavera, de quo agit Cap. 30. descendisse in quaestionem minoris momenti, ac, si ita loqui licet, otiosam, de Cadaveribus stantibus, aut genuflexis. Non enim (inquit) in positu Corporis, sed in ipsa incorruptione illius, causis naturalibus haud debita, ad demonstrandam alicujus sanctitatem vis est.* 3. *Benedictum opus de Beatif. et Canon. ut privatus homo, exaravisse; aliterque se gessisse in Diplomate **FIDELIS DOMINUS** personam Pontificis gerens.*

48. Haec respondet, sed an debilitet, vel non, testimonii Benedectini vim, non est mei judicare. Exponam, insufficientes et instabiles videri, sed juditium erit apud sapientissimos Judices, et altissimam considerationem S. V. qui ea, quam possident, cognitione, de tanti hominis merito, etiam in iis, quae ut privatus Doctor exaravit de Beatif. et Canon. Servorum Dei

Operibus, intelligere poterunt, esse, vel non, injuriosissimos dignitati Benedicti XIV. quocumque modo considerati. (*a*)

49. Ad 1. Benedictum XIV. non solum sequutum fuisse, in libris de Beatif. et Canon. Servor. Dei, Wadingum et Angelium, sed et eorum opinioni de incorruptione, integritate, et stantia Corporis Seraphici Patriarchae adhæsisse, testantur oculatissimi Bollandiani fol. mihi 96. pag. 1. n.° 232. *Inficiari nolo, (inquit Auctor Bollandianus) Eumdem (Benedictum) in Opere suo de Servor. Dei beatif., quod ante Pontificatum edidit, et in Pontificatu novis curis recognitum denuo vulgavit, AFIRMANTI SENTENTIAE ADHAESISSE: fatendum quoque est eum in eadem quam expendimus Bulla (Fidelis Dominus) AFFIRMANTIBUS eo quoque FAVERE, quod in ASSISIENSI BASILICA TRES ECCLESIAS in quarum infima S. Francisci Corpus sit, agnoscit* (*b*). Benedictum aliquando sequutum

---

(*a*) „ Periculum rursus mihi conflare conatur Adversa-„ rius, quasi adversus Benedictum Pontificem iniuriosus fue-„ rim, eius doctrina explicata, atque a placitis aliorum secre-„ ta. Sed licet omnem humanitatem exuat Adversarius, me-„ umque nomen, ac caput oppugnet, tamen Romæ, et apud „ Pontificem Maximum causam agenti salvæ res erunt „.

(*b*) „ *Wadingi*, atque *Angelii* narrationes de Corpore D. „ Francisci stante, ac corruptionis experte, itemque a non-„ nullis Pontificibus inspecto, intulit Benedictus in libros suos „ *de Beat. et Can.* nihil tamen de suo addens ut animadverti „ *meæ Demonstr. pag.* 87. Qua quidem ratione quum se scri-„ ptor aliquis gerit, tanta est illius ad eam narrationem fir-„ mandam auctoritas, quanta vetustiorum scriptorum, quos „ recentior vades habuit rerum expositarum. Alte hæsit sem-„ per mihi illud *Genuensis Artis Logico Crit. lib.* 4. *c.* 2. §. 10. „ *Plutarchus vitas illustrium virorum, Laertius philosophorum* „ *vitas ex priscis monumentis hauserunt, quæ passim citant.* „ *Plinius quoque pleraque Historiæ naturalis observata, aut* „ *experimenta a vetustioribus accepit. Ergo eorum habenda* „ *ratio: posteriores enim scriptores vetustis rebus nihil aucto-*„ *ritatis, aut ponderis addere potuerunt*. Omnia ergo subver-„ tit, aberratque de via, qui de Benedicti auctoritate hic quæ-„ rendum statuit; quum nos recta *Critice* iubeat ad *Angelium*, „ ac *Wadingum*, quos veluti fontes petiit Benedictus, adscen-

fuisse, inconsultis fundamentis, aliquorum opinionem, aut sententiam, ejus, qui non salutaverit Epistolas ad Clementem XI. ad Clementem XII. ad Benedictum XIII. ad Emos Cardinales Sacr. Rit. Congr. Praefectos, et Litteras Apostolicas

---

„ dere,. simulque perpendere, num tanti *Angelius*, ac *Wa-*
„ *dingus* sint, ut siquidem illi parte ab aliqua stent, in diver-
„ sas nos partes sine flagitio discedere nequeamus. De *Ange-*
„ *lii* quidem angusto iudicio, et in fabulis confingendis licen-
„ tia iudicare quemlibet ex iis volo, quæ scripsit *lib.* 1. *tit.* 15.
„ *Coll. Parad.* et in quæ aliquid animadverti *Demonstrat. meæ*
„ *pag.* 23., *et seqq.* Nimis varium, nimis operosum esset,
„ omnia, quæ in *Angelii* lucubratione improbem, pandere.
„ De *Wadingo* autem non mea est, sed Franciscalium, eorum-
„ demque *Observantium* querela, non eum sibi a commentis
„ cavisse, et eorum quasi cœno Annalium suorum candorem
„ infuscasse. Recentiori quidem ætate nemo ex *Observantibus*
„ ob multas, ac reconditas litteras *Irenæo Affoo*, et *Ambro-*
„ *sio Erbæ* (ex cuius commentariis dolendum est nihil publi-
„ ci iuris factum) antistavit. At summi illi viri, quum al-
„ ter alterum, familiarem sermonem serentes, alloquerentur,
„ plura in Annales Ordinis sui irrepsisse commenta dolebant.
„ Itaque arbitrabantur audendum in loco, malamque errorum
„ segetem, quæ pullulavit ex Annalibus, succidendam. *So-*
„ *vente mi ricorrono al pensiero, Reverendissimo Padre* (ita
„ *Affous*, nitidissimus scriptor, in Epist. *Ambrosio Erbæ* da-
„ ta, quaque ei *de Helia Commentarium* nuncupat) *que' fa-*
„ *miliari ragionamenti, che mentre mi fu conceduto il tratte-*
„ *nermi in Roma, ebbi spessissime volte con Voi, e quelli par-*
„ *ticolarmente, che avevano per oggetto gli antichi avvenimen-*
„ *ti, e le prime origini del nostro Ordine* Francescano. *Ram-*
„ *menterete, come più volte ci fu mestieri conchiudere meritar*
„ *in più luoghi GLI ANNALI NOSTRI mano castigatrice,*
„ *che la cronologia raddrizzasse, e molti fatti espugnasse, i*
„ *quali hanno tutta l'apparenza di favole*. In *Præfatione* autem
„ eiusdem libri, quum plures Franciscanarum rerum histo-
„ ricos recensuisset, in iisque *lo stesso Annalista Francescano*
„ *Luca* Wadingo, hæc habet *Affous*: *Il seguir tali autori, e*
„ *pretendere di non errare sarebbe lo stesso che volersi toglie-*
„ *re dal labirinto dietro la scorta d'un cieco*.

in forma Brevis ad V. C. Jacobum Facciolati, solus dicet. Crederem, non sic loquuturum fuisse Cl. Auctorem, si opinionem incorruptionis Corporis S. P. N. Francisci tuendam suscepisset. Quanta tunc de Operibus Beatific. et Canon Servor. Dei, deque eorum praeclarissimo Auctore proferret elogia! Infinita. Injuriam maximam fieri dicerem, Benedicto XIV., affirmando, eum a labore librandi opinionem, Wadingi et Angelii supersedisse.

„ Si igitur *Angelius*, atque *Wadingus* eiusmodi scripto„ res sunt, ut iisdem possim sine temeritate refragari; ac si „ ea, quæ de Corpore D. Francisci adnotata voluit Benedi„ ctus XIV, seu potius privatus scriptor *Lambertinius* in li„ bris *de Beat. et Canoniz.* non *Benedicti*, sed *Angelii* ac *Wa„ dingi* auctoritate, ex *Critices* præscripto, metienda sunt, „ estne ferendum hoc loco me tamquam violatæ religionis „ reum, pietatisque desertorem in capitis discrimen vocari, „ et appellato PONTIFICE, AC SANCTISSIMO DOMINO „ NOSTRO PIO VII, velle de me severissima iudicia consti„ tui? Ac si Adversarius tam impotenti in me iracundia in„ flammatur, meique est sanguinis absorbendi tam cupidus, „ dum cineribus, quos Sanctissimi eius Parentis esse minime „ ambigo, hac in cura dies, noctesque defixus, honores quæ„ ro; quid illi sacrilego faceret, qui Francisci bustum fran„ geret, cineres dissiparet, pedibusque nequissime concul„ caret „ ?

„ *Bollandiani* viderint, at ego, fortasse lusciosus, non „ video, Benedictum *in opere suo de Sanctor. Dei beatif. etc.* „ *affirmanti* (incorruptionem) *sententiæ adhæsisse*. Qui enim „ aliena verba refert, nec approbantis, vel improbantis in„ dicium edit, is *Genuensi*, aliisque *Critices* præceptoribus ac„ curatis omnem erroris declinat invidiam, vultque rem nar„ ratam ab aliis, quam a se, fidem nancisci. *Bollandiani* „ viderint, at ego male lippus non video, Benedictum in di„ plomate, quod auspicatus est verbis *Fidelis Dominus*, in„ corruptioni *favere, quod in Assisiensi Basilica tres Eccle„ sias, in quarum infima S. Francisci corpus sit, agnoscit*. „ Nam licet fabulæ incorrupti corporis tutores illud *in infima* „ *Ecclesia* constituerint, et in hoc eluxerit eorum sollertia, „ ut imaginarium in locum detruserint imaginaria incorruptio-

50. Ad 2. si Cl. Positionis Auctor legisset juditium Hispanum R. P. Michaelis a Sancto Joseph in Bibliographia critica, sacra et prophana appositum fol. LIX. tom. 1. edit. 2. sub auspiciis SSmi Pii VI. vidisset: *quod Caput.* 31. *est Appendix praecedentis, in quo Benedictus explicat nonnullas Cadaverum qualitates, quae comitari non raro solent miraculosas Sanctorum Corporum incorruptiones*. Inquirit enim, au si cadavera mortuorum stent, aut sedeant, nullo fulcro nixa, id statim sit mi-

---

„ ne donatum exuvium: potuit tamen aliquis existimare, dif-
„ fluxisse tabo, more cadaverum aliorum, Francisci corpus;
„ quumque a tot esset irrepertum sæculis post vestigationes
„ sane quam multas, arbitrari idem potuit latere in æde illa
„ infima, in quam patuerat numquam introitus. Adde, quod
„ si *infimæ Ecclesiæ* nomen loco, quamvis angusto, tribuere
„ placeat, qui depressior sit *Ecclesia inferiori*, seu *media*;
„ est, ut in *Ecclesia infima* Francisci exuvias repertas esse di-
„ camus, quas cavum in rupe excipiebat suppositum *mediæ*
„ *Ecclesiæ*, nec arctum adeo, ut eo non possit accedi. Qua-
„ propter non ego Benedictum, aut scriptorem alium infesta
„ mihi signa intulisse putabo, quod is sanctum spolium opi-
„ nione sua usque ad *tertiam Ecclesiam* depresserit. Immo
„ Benedictus, eius opinionis assecla, in Diplomate, cui Ad-
„ versarius fidit, mire nobis favit, et mortiferum vulnus in-
„ corruptionis causæ inflixit, dum inspectiones incorrupti cor-
„ poris a se longe repulit, fucumque detraxit turpi com-
„ mento. Id disces, iis relectis, quæ *pag.* 88, *et seqq.* habet
„ *Demonstratio*.

„ Sed enim sine iniuria, ut Adversarius putat, dici non
„ potest, Benedictum *a labore librandi opiniones Wadingi*,
„ *et Angelii* (ad privatum opus *de Beat. et Can.* revolvimur)
„ *supersedisse*. Amabo: si alii scriptores in re sua graves, a
„ *Genuensi* memorati, plerumque fecerunt, nec ideo temnun-
„ tur; cur non id aliquando sibi permiserit Benedictus, in
„ controversia præsertim obscurissima, deque re sub terram
„ abdita, in qua, nisi Francisci corpus quandoque protrahe-
„ retur in lucem, nesciret fortasse vir prudens definire ali-
„ quid, ac, remoto metu erroris, statuere? *Quibus eius ser-*
„ *monibus* (exscribam apta huic rei *Augustini* verba *lib.* 6.
„ *de Bapt. contra Donat. cap.* 7.) *satis apparet, illo tempore*

raculo adscribendum? occasione sumpta a positione Corporum S. Francisci et Sanctae Catharinae; post variasque et excellentes observationes, ac Medicorum judicia, resolvit, quandonam miraculo illa Cadaverum stantia et situs adscribenda erunt. Si positio cadaveris miraculosa esse potest; quis, qui in gravissima Beatificationis, et Canonizationis Servorum Dei materia instructus sit, affirmare poterit, rem esse parvi momenti et otiosam, de nonnullis cadaverum qualitatibus tractare, et an miraculo sint adscribendae? At quis inter Arcologos, Phylosophos, Physicos, Historicos, Criticosque, quis inter Sacr. Congr. Rituum praestantissimos Consultores dixit: aliquod inutile, parvi momenti, aut otiosum, quod non prosit ad negotia Beatif. et Canon. Sanctorum pertractanda, in Libris Benedicti XIV. de iis rebus, se invenisse? Quantum distet hoc crudum Cl. Auctoris juditium ab omnium eruditorum sententia, ex ipso Benedicto XIV. in Litteris ad Jacobum Facciolati datis, intelligere possumus: *Conscii tenuitatis nostrae (ait), verecunde intelleximus, ab omni erudi:i Orbis parte ac plurimorum litteris, lucubrationem nostram (de Canonizatione Sanctorum) NON INUTILEM, NON INJUCUNDAM, NON LEVIS MOMENTI fuisse reputatam, ac sustinuisse benevolam expectationem, quae de ipsa fortasse immerito, commota fuerat*. Hoc sufficere, mihi videtur, ad 2. responsionem Cl. Auctoris, apud sapientissimos, et Eminos, Consultores, et Cardinales Sacr. Rit. Congreg. quos in magna aestimatione et pretio habere Opera Benedicti XIV. a multis audivi: *In Hispania certus sum, non bene audiendum a cordatis Viris fore, qui, in Libris de Beatif. et Canoniz. Serv. Dei Benedicti XIV. aliquid parvi momenti, otiosum, aut leve inveniri*, etiam obiter assereret. (*a*)

„ *ab eis ista esse tractata, quo nondum declarata sine ambage hauriebantur, sed adhuc clausa magno molimine quaerebantur* „.

(*a*) „ Quæstionem *de cadaveribus stantibus, ac genuflexis*, quam attigit Benedictus in Opere *de Beat. et Can.* et „ in qua habet tanta cum pompa ab Adversariis nobis obiecta verba, vocavi *Demonstrat.* §. 77. *levioris momenti, ac, SI ITA LOQUI LICET, otiosam*. Vide autem quam suffusum malevolentia animum in me gerat, qui contra scri-

51. Ad 3. jam dixerunt Bollandiani, Benedictum XIV. et in Opere suo de Beatif. et Canoniz. Sanctorum, ac etiam

---

„ bit. Quam ego quæstionem timide, ac cunctanter scripsi „ esse, *SI ITA LOQUI LICET*, *otiosam*, eam, dempta, ac „ præcisa parte illa sermonis *SI ITA LOQUI LICET*, sine „ ullo additamento *otiosam* a me dictam criminatur. Conclu- „ dit enim orationem suam his verbis: *In Hispania certus* „ *sum non bene audiendum a cordatis viris fore, qui in libris* „ *de Beatif. et Canoniz. Serv. Dei Benedicti XIV aliquid par-* „ *vi momenti, otiosum, ac leve inveniri, etiam obiter as-* „ *sereret*.

„ Atqui non Hispani tantum, ut pietatis, ita etiam veri- „ tatis flagrantissima natio, sed omnes ubicumque siti mor- „ tales, ad quos forte hæc scripta deferantur, non parum mi- „ rabuntur, te, ut mihi cladem struas, eam etiam artem in „ præsidium vocare, qua dolosi obtrectatores utuntur, ut e „ meo sermone illa amputes, quæ lenire illum queant, et ar- „ rogantiæ crimen ex eo submovere.

„ Nec Hispanorum (quos maximo semper in pretio ha- „ bui, laudibusque in cælum extuli) in me odia fervebunt, „ quod *Caput illud* 31. *part.* 2. *lib.* 4. *Operis Benedictini*, cui „ quidem *Capiti Articulus DE CORPORIBUS STANTIBUS*, „ *AC GENUFLEXIS* inseritur, *Michaeli a S. Iosepho*, Hi- „ spano scriptori, est, ac dicitur *Appendix præcedentis* (Ca- „ pitis) *in quo Benedictus explicat nonnullas cadaverum qua-* „ *litates, quæ comitari non raro solent miraculosas sanctorum* „ *corporum incorruptiones*. Enimvero Caput 31, quod a „ *Michaele* dicitur *Appendix præcedentis*, a Benedicto in *se-* „ *ptem Articulos* scinditur, in quibus potuit esse aliquid, „ quod *ad summam operis non pertineret, eique ad ornamen-* „ *tum assueretur*; quæ verba adhibui etiam mea in *Demon-* „ *strat.* §. *cit.* 77. explicans, quid sit mihi in Opere Benedi- „ cti, *si ita loqui licet, otiosum*. Nimirum *non pertinentia ad* „ *operis summam, eique ad ornamentum assuta*, sunt mihi, „ *si ita loqui licet, otiosa*. In quo num aliqua nota a me „ Benedicto Pontifici imponitur? Numquid non licet vel gra- „ vissimo scriptori a maioribus curis feriari aliquando, et ad „ ornandam lucubrationem suam alicunde aliquid assumere,

in Diplomate, seu Bulla *Fidelis Dominus* Wadingii et Angelii Sententiae de incorruptione, ac stantia Corporis S. P. Francisci favisse. (*a*) Hoc ipsum Cl. Positionis Auctorem fuisse dicturum, si in memoria habuisset, et advertisset, Controversiam et disceptationem de corruptione vel incorruptione Corporis Seraphici Patriarchae, si semper agitatam RR. PP. Conventuales inter et Observantes Reformatosque, numquam acrius, et tanto cum ardore commotam, quam temporibus vicinis ac in ipsius Benedicti diebus. Nam anno 1743. R. P. Raymundus Missorius scripsit suam Dissertationem defendens incorruptionem contra R. Octavium a S. Francisco, Episcopum Assisiensem. Anno 1744. R. P. Wilhelmus Smits Reformatus sustinuit in publicis thesibus resolutionem Corporis S. P. Francisci in Ossa et Cineres. Anno 1721. R. P. Gabriel a Rotomago suam scripsit Dissertationem pro dissolutione et corruptione Corporis S. Francisci: Anno 1705. Sancta Inquisitio Romana prohibuit typis mandari Librum, quem de resolutione in Ossa et Cineres scripserat R. Octavius a Sancto Francisco. In illis temporibus scripserunt, paulo ante, pro incorruptione Wadingus Franciscus Maria Angelus et alii, sed contra ipsam paucissimi se declararunt. *Credibile, ergo, est, Sapientissimum Benedictum hanc controversiam examinasse, fundamenta utrarumque partium expendisse*, et omnibus circumspectis, et bene consideratis, adhaesisse sententiae Wadingi et Angelii, observando nempe regulas ab ipso stabilitas, *ad recta judicia*

„ *ut in honestis etiam conviviis* (quod de suis *Theologicor.* „ *dogm. libris* fatetur *Petavius in Prolog.*) *præter solidos*, „ *ac necessarios cibos, scitamenta, et bellaria in mensam inferuntur, ad lenocinia moderatæ, et concessæ voluptatis?* „ Immo nisi hac ratione se Benedictus gereret, ac nisi plura afferret, quam pressa, et ad vivum, ut ita dicam, recisa argumenti tractatio requireret; næ ille ieiunus esset scriptor, ac nudus, non autem, quod omnes in eo suspicimus, „ prope infinita rerum ubertate commendatissimus „.

(*a*) „ Recolenda adnotatio *ad §. 49. huius Opusc.* ubi de „ *Bollandianis*; quibus licet tantum me debere profitear, quantum complecti verbis nequeo, tamen aliquando cogor pro „ veritatis studio contraire „.

formanda in rebus ad Beatificationem et Canonizationem Servorum Dei concernentibus? (*a*)

52. Audiendus est cl. auctor adhuc: *Nihil autem, ait, aliud eo in diplomate (Fidelis Dominus) de Corpore D. Francisci sibi e calamo excidere passus est, quam in eamdem Basilicam memorabili pompa illatum fuisse.* Crederem, cl. Auctorem hæc scripsisse, quia non ea, qua par erat cunctatione, sed perfunctorie, legerat diploma, *Fidelis Dominus*, Benedictinum; alioquin de candore et ingenuitate, ejus, contra eam bonam quam habeo de ipso opinionem, cogerer, dubitare. In §. 1. *Fidelis* dicit Summus Pontifex Benedictus;

(*a*) „ Non negaverim, novisse Benedictum, *ad recta*, ut „ V. C. Adversarius loquitur, *iudicia formanda* perveniri non „ posse, nisi *controversia examinetur*, ac *fundamenta utrarumque partium expendantur*. Nego tamen, in controversia „ de corrupto, vel incorrupto corpore D. Francisci, eum suscepisse sibi iudicis partes. Non igitur illi „ *ad iudicia formanda* minime pergenti, opus erat *controversiam examinare*, et *fundamenta utrarumque partium expendere*. At incaluerat iamdiu, quum scriberet Benedictus, opinionum „ hac de re conflictus. Illi vero pro utraque parte magnos „ animos gerentes, iramque spirantes, milites se usque ad internecionem cæderent. Attamen Benedicto pugnam inire non „ licebat, sed tantum, ut apud *Homerum* Priamus, ac Troianorum senum lectissimi quique (*Iliad.* 3.) e murorum „ propugnaculis pugnæ poterat spectator adesse. Rebatur enim „ *Benedictus*, idque docuit *de Beat. et Can. lib.* 4. *part.* 1. „ *cap.* 30. *num.* 20. incorruptionis munus, indultum a Deo „ alicuius cadaveri, non idcirco perenne esse debere, sed, „ subtracta ope divina, posse deficere. Quid ergo curaret Benedictus expendere, quæ per æternas ambages, ac tricas ex „ veterum testimoniis patroni incorruptionis exuviarum Francisci conglobaverant? Ut illa testimonia nihil haberent implexum; ut fides inspectionum minime nutaret, quarum „ ultima *Piscullio* tribuebatur, quem aiebant, Paulo V Pontifice, obvium habuisse incorruptum corpus Francisci; „ extabuisse deinde poterat, neque licebat Benedicto, quin a „ se ipso dissentiret, ex veterum testimoniis, et inspectionibus ante actis adhuc constantem incorruptionem colligere.

illius (B. Francisci) autem Corpus , in quo mortificationem Christi ad mortem usque circumferre non destitit (*a*) *singularibus signis atque prodigiis de coelo illustratum , atque certantibus omnium ordinum studiis , ita populorum et principum devotione clarificatum fuit , ut ejusdem sepulchrum gloriosum super ambitiosa potentium sæculi monumenta merito celebrari mereatur* (*b*) in 2. §. et sane : *Sanæ mem. prædecessor noster*

„ Pronunciandi igitur partes a se vir prudens ablegavit , atque „ historicum tantummodo agens , Wadingi, *Angeliique* nar„ rationes exposuit , ac verbum præterea nullum adiecit , quod „ indicio esset , Francisci corpori manentem incorruptionem „ sese tribuere . Illi , illi contumeliosi in Benedictum sunt , „ qui pro incorruptione pronunciasse tradunt. Non potuit enim „ de hoc affirmate , ac tuto aliquid statuere , quin secum fæ„ dissima ratione pugnaret, et a se positam doctrinam ever„ teret quasi inconstans scriptor , priora oblitus , sui ipsius ne„ gligens, ac levis omnino „ .

(*a*) „ Postquam in Benedicti privato opere nos Adversa„ rius V. C. nullo suo cum emolumento diu , multumque de„ tinuit , ad Benedictum Pontificem , auctoremque diplomatis , „ cui initium *Fidelis Dominus* , gradum facit , quod sibi , tam„ quam argenti, aurive fodinam, futurum sperat vel maxi„ me quæstuosum . Hactenus quidem nihil ex illo eduxit , un„ de sit ditior . Immo id eruit , quod incorruptionis causæ in„ festissimum . Certe enim illam oppugnat Benedictus de Fran„ cisci corpore scribens : *mortificationem Christi ad mortem us„ que circumferre non destitit* . Quum nomine *mortificationis* „ *Christi* cruciatus veniant , quos sibi Franciscus intulit spon„ te , ac vulnera , Christi vulneribus similia , quibus de cœlo „ est affectus , necesse est fateamur , Francisci corpus , ex Be„ nedicti sententia, putredine esse collapsum , si stigmata sa„ gra , seu *mortificationem Christi ad mortem usque circum„ tulit* ; non autem modo circumfert . Quod tam perspicuum „ est , ut putidæ sit diligentiæ longiorem in hoc orationem in„ sumere „ .

(*b*) „ Edita esse ad Francisci sepulcrum prodigia plurima , „ eique sepulcro ab indigenis , ab exteris , a principibus , at„ que ab infimis hominibus maximum semper honorem ha„ bitum esse , facile damus ; idque Benedictum hoc loco tra-

Gregorius Papa IX. dignum existimans et conveniens, illius memoriam, per quem tantus Ecclesiæ Dei fructus provenerat, in eo etiam honorificari, ut Ecclesia, in qua ejus Corpus recondendum erat, nemini, præter quam Romano Pontifici, subesset: in §. 3. Deinde: *Quas alii prædecessores nostri, Romani Pontifices, ex quo ipsius Sancti Francisci Corpus in eamdem memorabili pompa illatum fuit*: §. 14. Quod autem: *Quod autem ad debitam erga gloriosum B. Francisci Corpus fidelium venerationem fovendam, et magis, magisque asserendam.* (*a*) in §. 4. Porro: *Quum in unius structuræ altitudine trium revera Ecclesiarum, quarum altera alteri imminet, mira ædificatio consurgat . . . in ea vero, quæ media est, atque subjectum Venerandi Corporis conditorium propius attingit.* (*b*) Ergo, nisi perfunctorie, et sine qua par erat, cunctatione, legisset cl. auctor diploma Benedictinum, *Fidelis Dominus*, non potuit scribere: *Nihil aliud eo in diplomate de Corpore D. Francisci sibi* (Benedicto XIV. personam Pontificis gerenti) *e calamo excidere passus est, quam in eamdem* (*Basilicam*) *memorabili pompa illatum fuisse*: Præter hoc dixit: Corpus S. Francisci singularibus signis et prodigiis de cœlo illustratum ita clarificatum fuisse populorum et principum devotione, ut ejusdem sepulchrum gloriosum merito celebrari mereatur. At si resolutum est in Ossa et Cineres; quænam sunt singularia (hoc est, unice Corpori S. Francisci concessa) signa et prodigia quibus de cœlo illustratum, reddiderunt ejusdem sepulchrum gloriosum, et merito celebrandum? Eruntne miracula, quæ Deus facit meritis et intercessione S. Francisci? Gloria hæc est omnibus Sanctis ejus: Deus misericors

---

„ dere, nisi lapides sumus, perspicimus. Sed nihil minus con-
„ ducibile incorruptionis sententiæ „.

(*a*) „ Quæ sumuntur ex Diplomatis §§. 2. 3. et 14., nil „ aliud exhibent, nisi Francisci exuviis nomen *corporis* im- „ positum. Quo argumento mirifice delectatur Adversarius. Id „ ille gaudium, dummodo sine nostro detrimento, percipiat. „ Nonne ille apud Horatium Argivus in vacuo theatro sessi- „ tabat, et tragædos, qui nulli erant, audiebat? Nonne ille „ suo errore beatissimus? „.

(*b*) „ Refer te ad ea, quæ *Adnotata te ad* §. 49. *hujus* „ *Opusc.* „

concedit communiter Servis suis, ut eorum intercessione miracula fiant apud illorum sepulchra: sed Pontifex Benedictus non loquitur de iis signis et prodigiis communibus omnibus Sanctis: Asserit et affirmat, Corpus S. Francisci de cœlo illustratum esse singularibus signis et prodigiis. Hæc alia non possunt, nisi incorruptio, mollities, et stantia, esse. (a) Ex diplomate ergo non obscure constat Benenedictum XIV etiam agentem personam Pontificis asseruisse incorruptionem Corporis Seraphici Patriarchæ.

53. Dixit: *In unius structuræ altitudine trium revera Ecclesiarum, quarum altera alteri imminet, mira ædificatio consurgat . . . et in ea, quæ media est, atque subjectum venerandi Corporis conditorium propr'us attingit . . .* Quid clarius dicere potuit, ut se addictum esse monstrarent sententiæ antiquæ et constantissimæ omnium RR. PP. Conventualium, qui semper usque nunc, communi voto, incorruptionem Corporis Seraphici Patris Nostri, et tres Ecclesias esse in illa Basilica tam acerrime propugnarunt. *Tres revera Ecclesias.* Conditorium, non ossium et cinerum, sed *Venerandi Corporis*,

---

(a) „ *Singularia* sunt quæcumque haud vulgo contingunt, „ atque in sui nos admirationem rapiunt. *Prodigia* ergo, quo- „ niam, ne invertantur omnino, prorsumque aboleantur na- „ turæ leges, nonnisi raro eduntur a Deo, *singularia omnia* „ sunt. *In ipsis* autem *prodigiis peculiari ratione* quædam sunt „ *singularia*, quod rarius, quam aliqua, extiterint. Cuius- „ modi illa sunt, quæ *primi* dicuntur *generis*. Quumque Fran- „ cisci sepulcrum nobilitatum a Deo feratur non prodigiis so- „ lum, sed etiam inusitatioribus, ac generis cujusque prodi- „ giis; hinc corpus Francisci, in Asisinati sepulcro condi- „ tum, iure, quin de incorruptione cogitaret, aut eam pro- „ baret, Benedictus *singularibus signis, atque prodigiis de cœ- „ lo illustratum*, putavit. Quod si mentionem de sepulcro vis „ removeri, nec quidquam extrinsecum, in aliisque patratum „ cogitari, quum Francisci corpus dicitur *singularibus signis*, „ *atque prodigiis de cælo illustratum*, licebit per me id refe- „ ras ad sacra stigmata, quæ artus Francisci, dum in vivis de- „ geret, honestavere. Veruntamen, si de Francisci exuvio Be- „ nedictus prædicat, illud prodigio stigmatum fuisse *illustra- „ tum*; non id conficies ex gramaticæ regulis, Francisci spo-

dicit. Non loquitur rhetorice. Ergo et *Corpus*, *et Ecclesiæ* verba revera in sen su obvio et proprio scripsit. (*b*)

54. Insuper: Benedictus XIV. per illud diploma *Fidelis Dominus* non curabat, ut ipsum legenti patebit, nisi confirmare privilegia, gratias, et exemptiones, illi Basilicæ a suis Prædecessoribus concessas, novas concedere, et, eamdem in Patriarcalem et Papalem erigere, *ad debitam erga gloriosum Beati Francisci Corpus fidelium venerationem fovendam, et magis magisque asserendam.* Posibilene est, quod tot gratiæ, tot privilegia, tantæ exemptiones, libertatesque tam novæ, tam singulares illi Ecclesiæ a tantis, tam piis, sanctis, zelosissimisque Pontificibus, *ex quibus nonnulli etiam in ea sepulturam sui corporis elegerunt*, §. 4. ea sola ratione, quod ibi sit depositum Corpus Sancti Francisci, non probent ipsos fuisse persuasos de incorruptione, integritate, et stantia dicti Sacri Corporis? Privilegia particularia et singularia, supponere particularia et singularia motiva indubitabile est: asseratur Corpus Sancti Francisci in ossa et cineres resolutum esse: negetur ejus incorruptio; quod motivum particulare et singulare, quo affici possent Pontifices, et ipse Benedictus, ad tales singularissimas gratias et abundantissimas illi Ecclesiæ concedendas, inveniemus? nullum. Motivum, ergo, quod habuerunt, fuit prodigium et miraculum incorruptionis Corporis S. P. N. Francisci stantis, et erecti supra sepulcrum, Sacris Stigmatibus insigniti Miraculum tam singulare et particulare, quod de nullo alterius Sancti Corpore legitur in historiis Ecclesiasticis. (*b*) Proindeque negari, nequit, Benedictum

---

„ lium integrum nunc manere iuxta Benedicti sententiam, et „ eo prodigio *nunc quoque illustrari*. Recole quæ attulimus in „ *Adnot. ad* §. 11. *huius Opusc.* quum verba Bonaventuræ „ illa expenderemus: *Dum autem ille sacer transporteretur thesaurus bulla Regis altissimi consignatus*; quæ ut sensum eumdem, ita explicatum eumdem habent, ac verba Benedicti „.

(*a*) „ In *hermeneuticen* (artem trioboli, puerisque relinquendam!) iocatur iure V. C. Adversarius; cui interpretamenta sæpe nova, atque absurdissima proferenti, nullam „ recte interpretandi artem esse expediret „.

(*b*) „ Flagrans in Franciscum pietate, eique multa debens „ Adversarius, studio propositi sui defendendi abreptus, nec

XIV et in libris de Beatificat. et Canoniz. Servorum Dei, et in diplomate *Fidelis Dominus* adhæsisse sententiæ de incorruptione Corporis S. P. N. Francisci.

55. Denique traditio incorruptionis Corporis Seraphici Patriarchæ non solum stabilita est documentis summorum Pon-

---

„ tamen id videns, nonnihil hoc loco de Francisci dignitate „ detraxit. Nisi enim illius corpus corruptioni fuerit ereptum, „ negat causam extare, ac dignosci, cur alii ante eum Pon„ tifices peculiaria privilegia Basilicæ, eius reliquiis honesta„ tæ, contulerint. Sed inusitatum fuit in Francisco pauperrimæ „ genus vitæ, quod sibi suisque præscripsit. Inusitatum fuit, „ quodque ante Franciscum nemini evenisse narratur, Chri„ sti fuisse vulnera eius membris infixa. Age; quinam san„ ctorum heroum, qui non primis Christianorum sæculis vi„ xerit, suorum facinorum præconem virum tantæ auctorita„ tis invenit, qualem contigit Francisco invenire? At Bona„ ventura, in Ecclesiæ deinceps Doctoribus habitus, ideoque „ gravissimus ad faciendam fidem auctor, ejus gesta descripsit, „ et virtutibus ornatum dedit, quas, quantasque cadere in ho„ minem posse vix putes. Quum autem agit *de mortuis su*„ *scitatis*, deque aliis prodigiis, quæ, Francisco apud Deum „ auxiliante, sunt edita, exitum Bonaventuræ oratio prope non „ habet. Hæc si reputes, simulque perpendas, ævo nobis pro„ piore, in privilegiis indulgendis maiorem liberalitatem ab „ Ecclesia esse exercitam, quam sæculis primis soleret; haud „ miraberis, peculiares honores, et inusitatos ei fano fuisse in„ dultos, in quod Francisci exuviæ quondam illatæ.

„ Insuper tibi ob oculos pone, quo loco Romanorum „ Pontificum res essent, per ea tempora quum Basilica ædi„ ficari cœpta, quumque sanctissimum exuvium excepit. Pon„ tificatum tenebat Gregorius IX, qui quidem egregios spiri„ ritus numquam adversæ fortunæ submisit; sed tamen sine „ maximis periculis, ac metu versari Romæ non poterat. „ Etenim Fridericus II Imperator, quocum Gregorius ab „ ipso pontificatus exordio dissensit, quemque a societate Ca„ tholicorum arcuit, in magno negotio habuit, Populi Roma„ ni primores beneficiis sibi, ac spe maiorum compendiorum „ devincere, ut per illos Pontifici molestiam crearet. Nec cal„ lida Friderici consilia caruerunt eventu. Tantus enim anno

tificum sed et scriptis S. Bonaventuræ, corroborata testimoniis et argumentis sapientissimorum auctorum, in universo Minorum Ordine Conventualium, Observantium (exceptis paucis) Reformatorum et Tertiariorum semper conservata, a San-

---

„ MCCXXVIII, per Frangipanios præcipue, qui inescandæ, „ alliciendæque sibi multitudinis, et in Gregorium inflam- „ mandæ omni ope studebant, Romæ in Pontificem tumul- „ tus efferbuit, ut illi fuerit Urbe excedendum. Ac licet an- „ no ipso MCCXXX, quo Francisci corpus in Basilicam Asi- „ sinatem invectum est, urbem repetierit Gregorius, a S. P. „ Q. R. honorifice exceptus, videbat tamen, ac cogitatione „ prospiciebat vir providus, in urbe Fridericianis artibus ten- „ tata haud sibi perpetuo res tutas fore. Hinc etiam post an- „ num MCCXXX non modicum ad tempus Roma caruit. „ (Consule *Scriptorem Vitæ Gregorii IX. part.* 1. *tom.* 3. *Scri-* „ *ptor. Rer. Ital.*) Quare non est mirandum, si Gregorius, „ cui ab urbe pontificatus principe exulandum erat, nec pe- „ nes DD. Petri, et Pauli sacratos cineres Romæ certam se- „ dem obtinere licebat, ædes sibi, ac Pontificibus sibi succes- „ suris penes Basilicam excitari mandavit, (*Salimbenes* in *Chro-* „ *nico* apud *Affoum in Vita Heliæ pag.* 52.) Basilicamque „ Asisinatem iis honoribus auxit, qui ad Lateranenses, ac Va- „ ticanos accederent. Ac licet post annum MCCXXVIII, quo „ et Franciscum intulit Divis, et lapidem Basilicæ primum „ posuit, numquam Gregorius Assisium accesserit; nec pu- „ tandum sit, eo in vivis agente, exædificari potuisse ædium „ pontificalium opus, quum ipsius Basilicæ partes intimæ diu- „ turnas post Gregorium curas quæsierint, pluresque artifices „ exercuerint; constat tamen, aliquos e Gregorii successori- „ bus in ædibus illis habuisse perfugium, visiturque nunc „ quoque paratum illis excipiendis penes Basilicam ædificium, „ *pontificii palatii* nomen, ipsa vetustate corroboratum, re- „ tinens.

„ Hæc quum ita sint, singularium decorum Basilicæ col- „ latorum causæ satis multæ, gravesque deprehenduntur, quin „ de incorruptione corporis D. Francisci, numquam Romanis „ Pontificibus agnita, cogitemus, ac quin Francisco, veritatis „ cultori, fictarumque laudum minime egenti, per mendacia, „ fabulasque blandiamur „.

cta Romana Inquisitione in suis decretis protecta, in universo Orbe Catholico a fidelibus pie recepta, in tabulis pietis per parietes templorum expressa, in litterisque testimonialibus, quæ ab immemorabili tempore a RR. PP. Conventualibus dantur Peregrinis omnium Nationum Basilicam S. P. Francisci Assisiensem, imaginibus gravata. Ab obitu Seraphici Patris usque ad nostros dies numquam interrupta fuit: semper magis ac magis in animis omnium pie credentium firmata fuit. Nullus, ergo, qui hæc, sine partium studio, attente meditetur, arguere de falsitate hanc Sacri Corporis incorruptionem, nec convincere potest: et consequenter argumenta, quibus nititur cl. auctor positionis non sunt talia, ut ex ipsi probari possit et concludi certo et evidenter sententiam de incorruptione et integritate Corporis S.P.N. Francisci esse falsam. (a)

56. At supponamus Sancti Patriarchæ Corpus obnoxium fuisse corruptioni, et in ossa et cineres resolutum. Infertur hinc, arcam, ossium compagem, et alia quæ in arca saxea inventa dicuntur, et constant ex processu, recognitionibus, et declarationibus in summario sub Ara Basilicæ Assisiensis maxima reliquias esse Corporis S. P. N. Francisci? Cl. auctor id nititur probare ad minus evidentia morali, et Rmus Pater Generalis RR. PP. Conventualium petit a S. V. declarare di-

---

(a) „ Traditionem, quæ a *Pelbarti* ætate ducit exordium, „ quæque excessu D. Francisci annis ferme trecentis iunior „ est, nemo sanus pensi ducet. Nec alio argumento *Fleuryus in Præf. ad Hist. Eccl.* erroris coarguit opinionem de „ Mariæ Virginis, ac Matris Magnæ, ætate longæva, licet „ *Nicephorus*, *Epiphanius Presbyter Constantinop. et Andreas* „ *Cretensis* de ea testimonium dicant, nisi ob vetustiorum „ scriptorum, qui id firment, penuriam. Insuper nemo tra„ ditionem teruntii faciet, quæ non longe a suis exordiis na„ cta est in scholis *Observantium*, ac *Reformatorum* accerri„ mos impugnatores, ut certe non diuturnum ad tempus quieta „ constiterit. Denique, quum ex Benedicto XIV probaveri„ mus, indultum alicuius corpori incorruptionis privilegium „ posse deficere, corpusque iam incorrumptum solvi; nihil „ emolumenti capere contra nos Adversarius potest ex tradi„ tione, quam non inspectiones, eæque recentiores, comiten„ tur. At earum novissima Pisculliana dicitur, quæ tempo-

gnetur dictas exuvias sub Ara Basilicæ maxima inventas pro Reliquiis Corporis Sancti Patriarchæ habendas et colendas esse. Sed perspectis argumentis in quibus suum judicium, et solicitudinem firmant, dicerem, ex ipsis non constare identitatem; ipsasque res inventas talis esse naturæ, ut nequeant haberi, certo, et evidenter moraliter pro Reliquiis S. P. Francisci. Exponam id quod circa ipsas res in particulari opinor, et infirmitatem probationum pro ipsarum identitate in positione exhibitarum manifestare intendam, subiiciendo meum juditium juditio Sacr. Congr. et supremo S. V.

LOCUS

57. Ex traditione, ex Sumorum Pontificum diplomatibus, et multorum auctorum testimoniis constat Corpus S. P. N. Francisci conditum esse in Basilica Assisiensi. Sed ex hoc non sequitur, conditum fuisse sub Ara Altaris maxima. Non fuisse positum sub Ara maxima crederem persuaderi posse ex iis, quæ in confesso sunt apud omnes, et ex argumento ipso cl. auctoris fol. 76. num. 64. *Basilica constructa fuit, ut ibi Beati Francisci Corpus sepultura conderetur satis decora: ac quum Sanctorum Heroum Corpora sub Altaribus condere jam inde a pluribus sæculis Ecclesiæ receptum sit; sub majori ac splendidiori Basilicæ Ara ejus Corpus tegendum fuit, cujus ut reliquiis haberetur honor, Basilica ipsa surrexit.* Ultro concedam sub ara maxima fuisse designatum locum, ibique fuisse deponendum Corpus Sancti Patriarchæ. Sed hoc omnibus notum erat: omnibus, enim, constabat illum locum sub Altare, ut in eo Corpori Sancti Francisci haberetur honor, fabricatum fuisse. *At Assisiensis Civitatis Rectores prædictum Corpus ausu sacrilego rapientes in superbia et tumultu translationis mysterium damnabiliter profanarunt* (sic Gregorius IX): Et tollentes posuerunt illud in loco omnibus ignoto. Non ergo

---

„ ribus Pauli V Pontificis assignatur. Nihil igitur egit hactenus, tot laboribus exsudatis, V. C. Adversarius, nihilque „ persequutus est, nisi, ut habet *Lucretii* hemistichion,

plumas avium, papposque volantes.

depositum fuit in loco sub ara maxima præparato, et omnibus noto. Et si voluerunt, quod nullus sciret, præter paucos, locum ubi jacebat, quis credet semper fuisse appositas pensiles lucernas ex foramine in Altaris gradu patente dimissas ad obsequium significandum erga Corpus Divi Francisci? Quis conciliare poterit, ex una parte occultare Corpus, ita ut locus ignotus esset; et ex alia, apponere lucernas et demittere eas per foramen altaris ad obsequium significandum erga Corpus? Hoc fuisset occultare et non occultare, quod de eodem et secundum idem, simul esse non possunt. (*a*) Nec conci-

(*a*) „ Hoc Heliæ feliciter evenit, ut posset Sanctissimi Patriarchæ corpus sub ara Basilicæ maiori, quod Francisci dignitas postulabat, condere, et simul conditi corporis locus ignotus maneret, non omnibus quidem (Recole *Demonstrat. pag.* 75.) sed iis, qui non in partem rei arcanæ vocati. Quum *Demonstrationem* exaravi, non ipse me collegi, ut *hypothesim* proponerem illius rationis, qua rem gestam arbitrari oporteat, ne quid cum historia pugnans, ne quid alienum ab iis, quæ cernimus, in condendo Francisci corpore contigisse statuamus. Nunc autem quamvis invitissimus huc descendo, ut de rebus gestis non semper veterum documentorum copiam habens, sed probabilia sequutus, disseram, tamen difficultatibus excitatis satisfacturus edam, quomodo rem actam, transactamque concipiam.

PROPOSITIO I.

„ Nisi intervenisset metus furti exuviarum Francisci, non „ erant illæ demittendæ infra solum Aræ, sed in ipsa eius mensa, aut supra illam locandæ; nec priora consilia, quæ agitata fuerant, atque innotuerant, de loco tribuendo sanctis „ reliquiis, subterraneum illis domicilium præstituebant.

„ Sane mortales exuviæ D. Antonii Ulyssiponensis, ac D. „ Dominici, qui, quemadmodum Franciscus, a Gregorio IX „ Cælitum honoribus aucti sunt, vix in illos pietas Christianorum efferbuit, non in imo terræ sinu latuerunt, sed arcæ eorum spoliis onustæ in loco exposito, illustrique omnium „ oculis patuere. Quod de illis sacratissimis spoliis accidit etiam „ antequam Antonius, ac Dominicus per Pontificia diplomata

„ inter Sanctos recenserentur; pro more illorum temporum,
„ quibus populorum in Sanctos studia iudicium Ecclesiæ sæpenumero prævertebant. Mortem obiit D. Antonius anno
„ MCCXXXI in domo *Cellæ veteris* religiosa, quæ Patavinis
„ mœnibus proxima. Quintum post diem eius cadaver defertur in urbem, et in templo D. Mariæ (quod ab Antonio
„ deinde nomen habuit) *in arca pulcherrima*, ut *Sicco* in eius
„ vita testatur, *repositum*, *ac sepultum est*. Non tamen in loco hypogæo, sed edito, atque omnibus pervio. Hue faciunt, quæ de miris quibusdam ad arcam D. Antonii patratis collegit in *Nota* 54 *ad Sicconis commentarium Azzoguidius*; cuius hæc verba. *In miraculis ad illius Canonizationem anno MCCXXXII productis, et a P. Papebrochio editis legitur, quod AURIEMA, CUM VELUM, QUO TEGEBATUR ARCA, CÆCIS OCULIS APPLICUISSET, LUMEN ACCEPIT; et MICHELOTA, epilepsiam, et cæcitatem patiens, SUPER ARCAM ELEVATA; item PROSDOCIMA, utroque pede contracta, SUPER ARCAM; et similiter TRIDENTINUS, strumosus, et enormiter curvus, SUPER ARCAM continuo incolumitatem receperunt*.
„ Enimvero, quum arcam D. Antonii spoliis onustam adire,
„ in illamque insilire liberum esset, antequam ille Sanctis
„ adscriberetur, quod factum anno MCCXXXII; necesse est
„ illico post obitum, qui contigit anno superiore, inclusus
„ fuerit Antonius arca supra solum constituta. Non enim, ex
„ quo illatæ in ædem Marianam sunt, loco motæ fuisse narrantur Antonii reliquiæ, nisi quum, æde illa novis accessionibus ampliata, e prima in aliam templi partem, nimirum in aram templi maiorem, transferendæ fuerunt. Quod
„ præstitit D. Bonaventura, tunc Ordinis *Minorum* Rector,
„ anno MCCLXIII; ut est apud *Azzoguidium loc. cit*. In illius aræ maioris mensa ad hanc diem manent Antonii exuviæ, interiori tamen argentea theca contectæ, quam addidit
„ sancto cineri anno MCCCL *Guido Cardinalis*; ceu firmant
„ testimonio suo *Cortusii Fratres de Novitatibus Paduæ*, et
„ *Lombardiæ apud Murator. tom. 12 Scriptor. Rer. Ital.* „

„ De Dominico, Conditore Sanctissimo *Ordinis Prædicarum*, pietate, ac litteris super cuiuslibet præconium clari,
„ *Teodoricus de Appollodia*, vetustus *scriptor*, penes Bollandianos *ad diem* 4. *Augusti* hæc tradit in *Actis eiusd. Sancti Viri* c. 25. *Crescentibus itaque per totam Italiam per me-*

„ *rita sancti Confessoris Dominici tam evidentibus miraculis*,
„ *fidelium dignum duxit devotio corpus eius, humili prius so-*
„ *lo repositum, ad altiorem locum debito cum honore reveren-*
„ *ter tranferre: indignum quippe erat, ut eius ossa humanis*
„ *subiecta pedibus humus obtegeret, cuius anima æthereis iam*
„ *sublimata sedibus in cælis regnabat etc. Facta est autem hæc*
„ *translatio anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo ter-*
„ *tio etc.* Nemini igitur potest esse implexum, ac dubium, ab
„ eo anno Dominici exuvium edito in loco constitisse. At an-
„ no insequenti in fastos Cælitum illatum fuisse Dominici no-
„ men, iure contendit *Malvenda* in *Annal. Præd. ad annum*
„ *MCCXIV*, ratione a tempore ipsius translationis deprom-
„ pta. Scribit enim: *Fatentur omnes post translationem San-*
„ *cti Dominici cæptum agi de eius canonizatione. Scilicet ma-*
„ *gna signa, et prodigia, quæ in translatione sacri corporis*
„ *contigere, permovere Pontificem, ut in diversis orbis pro-*
„ *vinciis auctoritate Apostolica iuberet fide publica inquiri de*
„ *sanctitate, et miraculis Viri Dei*. Nihil igitur firmius est,
„ nihil ab omni difficultate magis remotum, quam D. Domi-
„ nici corpus, priusquam ille inscriberetur Sanctorum albo,
„ e terra emersisse, eoque onustum loculum omnium oculis
„ fuisse expositum. Ac siquidem tum ille, tum D. Antonius
„ tumuli eminentis, conspicuique honorem consequuti sunt,
„ priusquam illis a Pontifice Gregorio IX decerneretur cultus;
„ nemo, nisi parum cordatus, dixerit, Francisco, qui eius-
„ dem Pontificis decreto in Sanctorum censum iam venerat,
„ tenebris septum sub ara domicilium in prima delineatione
„ Basilicæ, et in primis consiliis fuisse præcompositum, ac
„ designatum. Immo licet pro certo assumere, nisi interve-
„ nisset metus furti eius reliquiarum, futurum fuisse, ut san-
„ ctæ exuviæ Francisci vel in ipsa mensa Aræ maioris (quod
„ accidit de exuviis D. Antonii) vel supra mensam aræ (su-
„ pra quam assurgunt D. Dominici reliquiæ) statuerentur.
„ Probe ista tenenda sunt. Pertinent enim ad morem ætatis
„ eiusdem, ac prope eiusdem anni, eiusdemque regionis. Nec
„ quamvis ingeniosus sis, quidquam afferes, quare de reliquis
„ horum sanctorum eiusdem ætatis, atq. regionis tam diversa
„ habita sit ratio, ac tam varia consilia sint capta: curque
„ alii in decorandis sanctis exuviis, tantidem certe faciendis,
„ laxiores, ac benigniores fuerint, alii contra angustiores, ac
„ parci; nisi metus furti reliquiarum Francisci maximus in-

„ gruerit; de reliquiis autem DD. Dominici, atque Antonii fu-
„ randis non ita gravis metus extiterit.

PROPOSITIO II.

„ Tumultus Asisinatium, et exorta formido, ne innu-
„ mera advenarum, multitudo, quæ anno MCCXXX Assi-
„ sium convenerat translationi adfutura, aliquid in sactas re-
„ liquias auderet, priora consilia disiecit, effecitque, ne exu-
„ viæ Francisci supra solum collocarentur. Tunc Helias eo
„ animum convertit, ut infra solum aræ, cui altare Basilicæ
„ maius deinde imponendum erat, clam, ac per homines
„ probatæ fidei, mergerentur.

„ Hæc non possunt cum *hypothesi* illa consistere, quam
„ *Demonstrat. pag.* 31. legentibus ex *Affoo* subiecimus; quum
„ ille putarit, Heliam incentorem adfuisse Asisinatium tumul-
„ tui, et eius artificio trepidantium, et in arma ruentium
„ Civium præcipites motus deberi. Id si ita esset, non repen-
„ te, atque in arena, ut dicitur, utque probabilius puto,
„ Helias consilium cœpisset in humum defodiendi Francisci
„ cineres. Ego autem neque *Affoi*, neque scriptoris ullius ita
„ me sententiæ mancipo, ut, quum meliora videam, dete-
„ riora consecter, et a prima opinione divelli nequeam.
„ Nunc, ut dicam de capto ab Helia repentino consilio
„ detrudendi sacrum corpus infra solum areæ, ab Altari ma-
„ iori occupandæ, primo quidem illud constituo, quo tem-
„ pore translatæ sunt Francisci exuviæ in Basilicam, non il-
„ lam adhuc eo fuisse perductam, ut absoluta, præsertim quod
„ intimas partes, dici posset. Itàque censeo, ex prius conce-
„ pto consilio, temporaria, ligneaque in arca Francisci cor-
„ pus debuisse collocari, donec lapidea consurgeret. Idque pu-
„ tasse, aut memoriæ traditum invenisse videtur *Angelius*,
„ quum de translatione agens scribit *Coll. Parad. lib.* 1. *tit.*
„ 11. *in Basilicæ medio eminentem, solidam ex ligno molem*
„ *paratam, unde sacrum depositum circumspici quidem posset,*
„ *non autem tangi.*

„ Roges, cur translationis solemnia agerentur, antequam lapi-
„ deum altare, quo exciperetur sacrum exuvium, cœptum esset,
„ atque adeo exornatum, cælaturisque distinctum? In promptu est
„ causa. Eo anno MCCXXX habenda erant Assisii Ordinis Genera-
„ lia Comitia. Quare Ioanni Parentio, tunc Supremo Francisca-

„ lium Rectori, et Heliæ, qui ædificii Basilicæ præcipuam curam „ gesserat, maturandum est visum; et anno illo peragendam translationem censuere, quod ex tot Franciscalium affluxu plus „ esset speciei sacra pompa habitura, ipsique, ut arbitror, „ Franciscales ad Comitium acciti, tunc, ac coram se cuperent rem agi, magnæ sibi voluptati futuram. Errore constringeretur profecto, qui putaret ideo indictum fuisse Generale Comitium, quod translatio esset explenda. Perpendas „ verba *Bonaventuræ in Vita D.Franc. c.* 15. *Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo, convenientibus Fratribus ad „ Capitulum Generale Assisii celebratum, ad Basilicam in honorem ipsius constructam corpus illud etc. translatum est.* „ Nonne, his perlectis, putes ex Comitio potius translationis, „ quam ex translatione Comitii causam extitisse? Rursum, „ quas litteras dat Gregorius, ut veniam suam ad translationem explendam impertiat, quasque habes apud *Bollandianos in Comm. præv.n.* 713, *et seqq.* datas reperies: *Ministro, „ et Fratribus Ordinis Minorum in generali capitulo constitutis*, paucisque ante translationem diebus. Verumtamen ante veniam ad peragendam translationem sibi indultam non „ convenissent in Comitium Franciscales, si conveniendi in „ Comitium causa fuisse translatio.

„ Rebus igitur, ut ita dicam, crudis, ac nondum lapideo altari in Basilica constructo, peracta est translatio; „ nec mirabitur quisquam, nondum aræ lapideæ excitandæ „ fuisse eo tempore manum admotam, si reputet, ab inchoato Basilicæ opere ad annum MCCXXX duos annos interfluxisse tantum; ut portenti simile sit, tam brevi temporis „ spatio amplissimi ædificii muros assurgere potuisse, ac, tecto imposito, aquam ab eo pluviam arceri, nedum postulandum, ut ædes sacra iam aris esset instructa.

PROPOSITIO III.

„ Non defuit Heliæ opportunitas ea omnia clam agendi „ quoad Francisci sepulcrum, quæ perfecta dedit, quæque, „ eo detecto, oculis occurrere.

„ Armati, ut sæpe monuimus, sacrum exuvium circumsepserant Asisinates, verentes, ne multitudo advenarum, „ quæ frequentissima ad translationem convenerat, illius potiretur. Ergo, ubi Cives suo satellitio vallatas in Basilicam

„ intulerunt, Helias, Asisinatibus dimissis, Basilicæ fores iubet „ occludi. Neque id civibus invitis, aut indignantibus; quum „ ab externis hominibus metus ingrueret; et Basilicam clau- „ di ipsorum Asisinatium proposito, metuique expediret. He- „ lias vero negotium in se suscipit, ac civibus pollicetur, per- „ fecturum se, ne ullo tempore proclive esset ex Francisci „ exuviis aliquid vi, aut furto decerpere. Manent Basilicæ val- „ væ obseratæ diutius. Causa enim suberat unumquemque „ ab eius aditu prohibendi, primis quidem diebus honesta, „ et probata Asisinatibus, deinde vero etiam necessaria, quum „ Gregorii *interdictum* repente supervenisset. Illa enim ipsa „ Asisinatium sedulitas, arreptis armis, sacrum corpus in tran- „ slatione tegendi, in multorum voculas, ac querelas incidit. „ Quibus adeo permotus est Gregorius Pontifex, ut Assisium „ interdictione sacrorum mulctaverit. De quo iam egi *Demon-* „ *strat. pag.* 8. *prop. VIII.* At interdicti tempore ædes sacræ „ patere vetantur.

„ Dum vero Asisinates Pontificem adeunt, dum se de tu- „ multu purgant, dum Assisium redeunt, dumque ob inter- „ dictum non adhuc sublatum occlusa manet Basilica, Helias „ per homines silentii tenaces, omnesque fortasse ex Ordine „ Franciscali, aggreditur rupem, Basilicæ subiectam, ea in „ parte, ubi statuendum erat maius altare, eaque omnia per- „ ficit, quæ ad occultandas, muniendasque Francisci reliquias „ perfecta intuemur. De translatione agentes *Bollandiani in* „ *Comm. præv.* num. 719. scribunt: *Wadingus, ex Chronico Ma-* „ *riani Florentini refert ultra duo millia Fratrum Minorum ibi* „ *tunc adfuisse, quod etiam minus mirabimur, si memineri-* „ *mus, vivente Francisco, aliquando ultra quinque millia Fra-* „ *trum ad generalia comitia Assisium convenisse, uti expres-* „ *se testatur S. Bonaventura in Vita num.* 52. Non ergo fidi „ homines, ac minime garruli ad exequendum consilium dees- „ se poterant Heliæ; et ex ipso Franciscalium tam copioso cœ- „ tu eos tunc legere facultas erat. Adde, in multitudine ope- „ rariorum, quos exstructio Basilicæ ad eam diem exercuerat, „ reperiri potuisse, quos Helias summæ fidei, et ad occul- „ tum opus adhibendos censeret.

„ Sane in iis, quæ perfecta sunt, ut Francisci Corpus „ probe occultaretur, ac muniretur, nihil occurrit, quod ne- „ quiverit per Franciscales homines, rudesque operarios exi- „ gi. Non enim exquisiti est operis rupem cædere, muros,

„ qui quasi pro interiori lorica cæsæ rupi essent, attollere, ac „ tabulas saxeas, quæ arcam tegerent, atque imperviam face- „ rent, circumductis muris inserere. Copia autem erat Heliæ „ quadratorum lapidum, quales habent illi muri, rupem in- „ terius ambientes, qui in *Delineatione æri incisa*, ac *De- „ monstrationis meæ fronti præfixa*, dicuntur *muri di grossi „ travertini*. Eos eductos fuisse ex ædificio quodam veteri *San- „ guonei*, *et Thome*, *filiorum olim Domini Hufreducis San- „ guonis*, Civium Asisinatium, probatum damus ex membra- „ neo documento anni MCCXXXIX, quod ex Asisinati ta- „ bulario depromptum est olim ab *Azzoguidio*, a nobisque le- „ ctori sistitur in *Additamento ad Append. Docum. sive in nov. „ Summ. num.* 4. In eo documento quadrati illi lapides vo- „ cantur *tribertini magni*, eosque *Helias*, *Dominus*, *et Custos „ Ecclesie S. Francisci Asisinat.* (*Dominum* scriba vocavit, for- „ mulam, quod scribarum est, sequutus) et Frater *Iacobus „ de Mevania Sindicus et Procurator dicte Ecclesie et Conv.* „ fatentur se iam accepisse *pro opere*, *et muris dicte Ecclesie*. „ Quare et Helias, et Iacobus *Sindicus* solemniter pollicen- „ tur, eversum eductione illorum lapidum antiquum murum „ rursum vulgari cæmento exstruere; quod credo tota iam *fi- „ liorum Hufreducci* domus, parte murorum diruta, fœdam „ ruinam minitaretur.

„ Iis absolutis in ima rupe, quæ ad tegendum, munien- „ dumque exuvium Francisci pertinerent, Helias solum æqua- „ ri iubet; ac, siquidem cæteris Basilicæ partibus inductum „ iam fuerat pavimentum, pavimentum instaurat, ac reficit „ in ea quoque parte, ubi attollendum deinceps erat maius „ altare, et infra quam condiderat cineres sacros. Ita ingre- „ dientibus deinde Basilicam, quid actum, ac quo loco Fran- „ cisci corpus abditum esset, non apparebat. Quum vero ma- „ ius altare fuit excitandum, id quidem curavit Helias, ut ara „ cavatæ rupi responderet, et illius hiatum obstrueret; neces- „ se tamen non habuit artifices monere de suo consilio, de- „ que exuviis D. Francisci latentibus infra locum, ubi aram „ maximam excitari iubebat: nisi forte id eos rescire voluit, „ qui primas aræ supra solum partes, gradus nimirum, at- „ tollerent, quosque legere ex hominibus probis, arcanique „ servantibus potuit, quin cogeretur nobiliores sculptores, qui „ aram exquisitis, pro ætate, operibus ornarunt, in partem „ rei silentio tegendæ vocare.

„ Lucernæ pensiles, quæ in foramine patente in gradu „ quodam Aræ maximæ Asisinatis deorsum tendunt, et obsequium erga corpus D. Francisci significant, ali cœperunt eo „ loci Sæculo XV.

„ Qui primis post translationem temporibus, et ingruente adhuc furti metu, putet lychnos inde cœpisse demitti, „ ac locum prodi, ubi exuviæ sanctæ laterent, profecto desipiat. „ Cœpit sane is honor, qui Cælitibus cunctis habetur, Francisco „ tribui, et ad eius tumulum claritas luminum, splendorque „ diffundi, quum primum licuit Franciscalibus, Civibusque Asisinatibus metu rapinæ sacri corporis solvi. Non tamen facile „ statui potest, quo tempore ab eorum animis abscesserit illa „ formido. Nam certe id contigit, quum eis vicinorum opes „ cœperunt satis attritæ videri. Sed quia civitatum per Italiam „ potentia sæculis illis maxime turbulentis nunc assurgebat, „ nunc infirmabatur, nunc ad tyrannidem obrepebat, nunc „ autem ex ea decidebat; difficile dictu est, et implexum, „ quando Asisinates cœperint non amplius finitimarum opum „ metu consternari. Neque enim hoc possumus ab rerum eventu metiri, sed a indicio id pendet, nobis ignoto, quod tunc, „ probabilia sequentes, tum Franciscales, tum Asisinates de „ futuris rebus fecerint. Quum *Bartholomæus Pisanus Conformitates* suas excogitabat, quumque de corpore D. Francisci scribebat: *quo Ecclesiæ loco iaceat, etsi quibusdam sit „ agnitum, quibus vero nulli est notum; Summ. Demonstrat. „ num. 2. ibiq. num.* 35. certe ad Francisci sepulcrum non alebantur lychni. Nemini enim, lychnis demonstrantibus, fuisset incognitum. At Pisanus ille circa exitum sæculi XIV, „ librum suum concinnabat.

„ Quum vero Perusini exuvias Francisci ad se deferri petebant, et in id Eugenium IV Pontificem fatigabant precibus (*Consule Adnotata ad* §. 37. *huius Opusc.*) constabat „ profecto, et omnibus innotuerat, qui Basilicæ locus sacros „ cineres complecteretur. Quod si id eo tempore non ignotum; nonne Francisci corpori honestando, ac significatione honoris afficiendo, ampla iam vis luminarium ad eius „ sepulcrum lucebat? Quare licet statuere, sæculo XV, ac „ certe prius anno MCCCCXLII, quo preces Perusinorum ab „ Eugenio acceptæ, ac repudiatæ, omnibus fuisse exploratum

liari queunt testimonia Sixti V et Rodulphii cum alio ejusdem Rodulphii testimonio. Lib. 2. historiæ Seraphicæ narrat: *Quod cum ex præcepto S. Pii V Pontificis scrutari ac penetrare locum Franciscani Sepulchri omni conatu tentasset Joannes Picus Minister Generalis Minorum Conventualium, licet die, noctuque incessanter, bonus ille vir non potuit invenire.* Si Rodulpho, qui Secretarius tunc temporis erat Ministri Generalis Joannis Pici *notum erat Corpus subiacere Altari Majori, et insuper ad quam sub Altari profunditatem illius exuviæ demersæ erant*; cur non indicavit Rmo Ministro Generali, ut mandato et præcepto tanti Pontificis obtemperaret et satisfaceret, et in fodiendo alibi operam perderet? Hinc constare, mihi videtur, nec Moderatoribus Ordinis notum fuisse locum sepulturæ Seraphici Patris. Nam tunc ignorabat Generalis Picus: et nostris diebus Rmus Pater Generalis De Bonis etiam ignorabat. Sixtus V fuit posterior Pio V quasi per viginti annos: cum istius tempore ignotus esset locus, et traditio, quæ semper viguit, erat, quod Corpus S.Patriarchæ depositum fuerat in Basilica ejus nomini dedicata, sed in loco ignoto, *non est facile scire undenam sumpserit Sixtus illam noticiam.* Proindeque ex loco subterraneo in quo inventæ sunt exuviæ non potest colligi et probari identitas. (*a*)

„ ubi clauderentur exuviæ Francisci, et ad eas colluxisse lychnos.

„ Hæc pluribus persequutus sum ut Adversario satisfaciam, qui nihil aliud laborat, nisi ut in rebus planissimis salebras excitet. Apparebit iam, prioribus post translationem temporibus Francisci sepulcrum paucis innotuisse, et aliquam rationem iniri potuisse ab Helia, ut exigui numero eius notitia imbuerentur. Ea autem ad omnes propagata est, ac fusa sæculo XV; nec fuit tempus ullum, quo per lucentes lychnos, ac faculas *occultaretur*, *et non occultaretur* Francisci sepulcrum, ut ponit Adversarius V. C. frustra quærens acumine nos suo compungere, atque sauciare. „

(*a*) „ Cælum, et terras misceat, qui contra scribit. Numquam vim infringet illius argumenti, quod petitum a me est ex mensura profunditatis ad quam *Rodulphius Tossinianensis* Sæculo XVI tradidit condi sub ara maxima Francisci spolium, et ex convenientia mensuræ illius cum ea, ad

58. Prætcrea RR. PP. Conventuales, et qui eorum secuntur sententiam de incorruptione Corporis S. P. Francisci dicunt et sustinent in Basilica Assisiensis tres esse Ecclesias, in earumque infima esse Corpus S. Patriarchæ incorruptum, stans, erectum . . . Locus subterraneus, in quo sub ara inventæ sunt exuviæ, de quibus agitur, non est Ecclesia. Ni ergo probetur illos in hoc mentitos fuisse, vel quod locus subterraneus tro-

---

„ quam, iuxta Architectorum dimensiones nuperas, sub ara
„ latent repertæ reliquiæ (Refer te ad *Demonstrat. pag.* 72,
„ *et seqq.*) At enim (ita enim se ab hoc laqueo expedire ni-
„ titur V. C. Adversarius) fuit *Tossinianensis* ille *Ioanni Pi-*
„ *co*, *Min. Conv. Generali Ministro*, ab epistolis. At Picus,
„ D. Pii V Pontificis iussu, vestigavit Francisci corpus, nec
„ tamen reperit. Ergo, quo loci cubarent exuviæ sacræ, igno-
„ rabat *Tossinianensis*. Sed ex præiactis propositionibus, quo-
„ niam prima extrudenda est ab argumento, ut ei forma con-
„ stet, illud tantum ducere ius fuit: *Ergo ignorabat Picus*; non
„ autem recta structura, et compositio argumenti patiebatur
„ inferri: *Ergo ignorabat Tossinianensis*. Veruntamen spinas
„ istas dialecticis relinquamus, apponamusque verba, quæ de
„ *Pico* habet ipse *Tossinianensis Hist. Seraph. lib.* 1. *pag.* 198.
„ *Generalis Præfectus*, inquit, *delectus est an.* 1571., *rexit-*
„ *que annis quinque, et mensibus sex cum laude etc. Eius*
„ *egregiam dexteritatem in rebus agendis exequendisque ego*
„ *ipse, cum a secretis Ordinis essem, biennio sum familiariter*
„ *expertus*. Per annos igitur tres, et insuper annum dimi-
„ dium aliorum opera ad scribendas epistolas usus est *Picus*.
„ Facile igitur credas, vestigationem corporis D. Francisci, a
„ Pio V mandatam, non incidisse in annos, quibus *Tossi-*
„ *nianensis* industria sua *Picum* iuvit; eoque prorsus ignaro,
„ exuvias Francisci esse quæsitas. Super hæc animadverti de-
„ bet, inter pontificatum Pii V, quo regente Ecclesiam, hæc
„ gesta sunt, et annum MDLXXXVI quo *Tossinianensis* hi-
„ storiam suam prelo tradidit, annos bene multos interces-
„ sisse; et in illo non exiguo temporis lapsu cogitantem de
„ historia scribenda *Tossinianensem*, et ad illam monumenta
„ sibi e tabulariis quibuslibet comparantem, didicisse profe-
„ cto plura, quorum prius scientia caruerat. Id certe incon-
„ cussum est, nequivisse illum demensiones tam accuratas,

pice potest vocari Ecclesia, quæ difficulter probabimus, nisi velint contradicere Summo Pontifici Benedicto XIV qui Pontificis personam agens, asserit in suo diplomate *Fidelis Dominus*: in Basilica Assiensi, tres revera Ecclesias esse, quarum altera alteri imminet, et in earum infima esse domicilium Corporis B.Francisci: Apponens illud *revera* ut intelligant om-

---

„ ac veritati congruentes tradere, nisi ei affulsisset alicunde „ fax, qua præeunte, vera dispiceret.

„ Illuc etiam divertit Adversarius, ut contendat et *Ioan-* „ *ni Pico*, Ordinis Min. Conv. olim Rectori Supremo, et „ *Reverendissimo Viro Josepho Mariæ de Bonis*, eadem nunc „ in Ordinem potestate pollenti, omnino ignotum fuisse lo- „ cum, qui Francisci cineres abderet. Ego vero ignotam illis „ fuisse viam aio, qua perveniri sub aram posset, ubi iam- „ diu testabantur lucernæ pensiles exuvium Patriarchæ Sancti „ quiescere. Attamen iis exploratum erat, hypogæam sub „ ara maxima *cryptam*, seu *Ecclesiam* cineres venerandos „ complecti. Ac tam alte hæc sententia apud *Conv. Patres* in- „ sederat, ut ille ipse præstigiator, qui, via facta sub sacel- „ lum *Conceptæ Virginis*, se obvium habuisse narravit stans, „ ac vividum corpus Francisci, ea tamen semita se sub aram „ maximam deductum diceret. Tam alte insederat hæc apud „ *Conv.* Patres sententia, ut *Papinius*, *Vir Reverendissimus*, „ quam Ordinem moderaretur olim, et incenderetur studio per- „ veniendi ad Francisci sepulcrum, circa aram cuniculum „ foderit. Denique tam alte insederat hæc apud *Conv. Patres* „ sententia, ut, postquam illi sensere, novam viam, ab ho- „ mine mendaci monstratam, ad aram maximam non pos- „ se deducere, immo ibi nullam viam patere, illico ad Pa- „ pinianum cuniculum aræ proximum sese converterint. Et „ quamvis per plurimas noctes e diuturna contentione, atque „ effossione compendium nullum extaret, spes tamen perti- „ nax ibi quæsitum Francisci spolium inveniendi, ne labori „ succumberent, ac ne opus interruptum relinquerent, effecit. „ (Consule *Demonstrat. pag.* 36. §. 29. *et seqq.*).

„ De Xysto V nescio quid habeat oratio Adversarii, „ quidque is argutetur. Xystum video digitum velut inten- „ dere, ac per bina diplomata iubere quodammodo, ad aram „ Asisinatem maiorem pergamus, et infra illam latentes exu-

nes, se loqui sensu obvio et proprio non potest sumi argumentum ex loco ad probandam identitatem. (*a*)

Non possum non advertere hunc ipsum Rodulphium Tossianensem, cuius testimonium ad probandum identitatem loci, tanti meriti est apud cl. auctorem, in ipso libro 2. histor. Seraphic. fol. 249. retulisse tamquam certam visitationem Corporis Sancti Patris Francisci a Cardinali Ægidio Albernotio, ex qua Pelbartus probavit Corpus Sancti Patriarchæ esse incorruptum et sacris Stigmatibus insignitum: dicit enim Rodulphus Assisiensem Basilicam describens. *Primo est Cappella S. Catharinæ Cardinalis Ægidii Albernotii Hispani ... VIDIT AUTEM ISTE CORPUS B. FRANCISCI.* Hanc visitationem et visionem Albernotiam, unam esse, de quibus cl. auctor dicit: *illas inspectionum Sacri Corporis historias nihil aliud esse, nisi errorum, fraudumque cubilia* constat fol. 21. positionis. Veraciorne est Rodulphus in una, quam in altera relatione? (*b*)

„ vias Francisci colamus. Quid mihi hoc oggeris: *Non est* „ *facile scire, undenam sumpserit Systus illam notitiam?* Pen„ detne ratiocinatio nostra ab explorata cognitione præsidio„ rum, per quæ Xystus rei scientiam sibi pepererit? Potuit cer„ te illam assequi vir laboriosus, quique Ordinem *Conv.* olim „ rexerat, ex iis, quæ pervia habuerat penes illos, documen„ tis. Sed ignota mihi sint instrumenta adeptæ a Xysto huius „ scientiæ. Quid inde? Nescit rusticus unde acceptam lucem „ ad nos Luna remittat. Num aut lucere negat, aut non eius „ ope, inoffenso pede, per noctem graditur?

(*a*) „ Consule *Adnotata ad* §. 2. *huius Opusc. litt. b.* „ itemque *ad* §. 49. *litt. b.*

(*b*) „ Quod *Tossinianensis* testimonio de profunditate se„ pulcri D. Francisci sim usus, eas me in angustias adactum „ vult V. C. Adversarius, ut probatam eidem scriptori inspe„ ctionem Ægidii Cardinalis nequeam a me repellere. Caudex „ profecto sim, si obtrudi mihi tabulam patiar, quam ti„ mide primum *Pelbartus* de *Cardinali quodam*; deinde ma„ gis confidenter, sed non tamen sine clausula *ut fertur* de „ Ægidio Cardinali *Sepulveda* disseminavit; denique alii auda„ cissime, omnique obiecta dubitatione, ac pudore, longe, „ lateque fusere. (Recole *Adnotat. ad* §. 2. *huius Opusc.*

59. Thomæ Celanensis, Wadingi, Bartholomeique Pisani testimoniis probavi, Corpus S. P. N. Francisci ad Ecclesiam S. Georgii in arca lignea portatum fuisse, in arca lignea ibi depôsitum fuisse, in arca lignea translatum fuisse ad Basilicam ipsius nomini consecratam, et quod in arca lignea erat, quando Cives Assisienses illud rapuerunt, et absderunt. Nunc et aliud testimonium exhibere, congruit. Ludovicus Lipsin in suo compendio Vitæ S. P. Francisci: Assisii 1756. pag. 123. loquendo de translatione Sacri Corporis ad novam Basilicam sic ait: *in medio Ecclesiæ tabulatum quoddam erectum erat, super quod Sacrum Corpus reponi debebat, ut a fidelibus videri posset, non vero tangi . . . cum vero Fratres Capsam elevarent a curru, Corpus inde extractum super tabulatum collocaturi, Assisienses Rectorum Civitatis iussu armata manu irrumpentes ablatam capsam ad Sacristiam detulerunt, et ad infimam Ecclesiam deportantes in antrum in petram excissum sub duplici capsa, externa marmorea, interna plumbea,*

„ *pag.* 3.) Sane non video, cur, qui unum *Tossinianensis* „ testimonium in meam rem verti, certissimumque deprehendi ob eius cum nuperis Architectorum demensionibus „ convenientiam, cogar integram *Tossinianensis Seraphicam* „ *historiam* amplecti. Scio quidem *Natali Alexandro* vitio „ fuisse tributum, quod narrationem quamdam *Josephi*, quæ„ que ab eo consignata est *lib.* 11. *c.* 4. *Antiq.* a se reiece„ rit, ut e supposititio *Esdræ libro* 3. haustam; deinde ta„ men receperit, eo ipso *Josephi* loco adversus *Scaligerum* „ utens. Scio, alia eiusmodi aliis scriptoribus crimini dari; „ nec idem eiusdem scriptoris testimonium modo probare, „ modo improbare licere. At nemo sanus eam legem dicet, „ ut in quibus aliqua probavimus, omnia probemus, perin„ de ac si vel maxima diligentia exaratis voluminibus nullæ „ errorum maculæ potuerint affundi. Etenim si *Canus de loc.* „ *theol. lib.* 7. *c.* 3. eos, qui ad Ecclesiæ Patrum lectionem „ appellunt animum, ita monet: *Legentur itaque a nobis Pa-* „ *tres veteres cum reverentia quidem, sed ut homines cum de-* „ *lectu, ac iudicio*; quanto magis in aliis scriptoribus non ita „ gravibus eodem delectu uti licebit!

IPSAM LIGNEAM CIPRESSINAM CONCLUSSERUNT.

60. Omnes Scriptores, tam antiqui, quam neoterici de arca lignea loquuntur, usque ad ipsam Sacri Corporis depositionem, et conclusionem in loco in quo jacet, aut stat. Post translationem de hac arca nec verbum est apud ipsos. In loco subterraneo sub ara Basilicæ maxima, non constat ex recognitionibus et declarationibus positis in Summario, eam esse. In *Arca Saxea* inventæ sunt saxum rude, annulus, nummi, frustum panni lanosi, et alia, at arcæ illius ligneæ, et forte cipressinæ, nec frustulum minutissimum inventum est. Censerem ergo arcam saxeam inventam illam non esse, in qua Corpus Seraphici Patris depositum fuit, Corpusque Sacrum, si jacet, adhuc esse in arca illa lignea; aut, si stat erectum, arcam ligneam esse sub pedibus ejus, aut circa ipsum Corpus. Nam quid factum est de illa? Alia quæ S. Patriarca Franciscus vel vivens, vel moriens, suo usu, tactuque sacravit, magno cum studio quæsita fuerunt a Regibus, a Potentatibus, et Imperatoribus piis, et petita, inter reliquias posita, et magna æstimatione conservata. Servantur Romæ, Assisii, et in aliis multis locis, et piissima devotione habentur Reliquiæ de Sanguine qui profluebat de Stigmatibus, de Habitu, de Tunica, de Capucio, de Chorda, de Cilicio, de Sandaliis S. P. N. Francisci. Ubi nam habetur illa arca lignea veneranda, aut tabula, aut fructum minimum ipsius? Nullibi. Dicendum, ergo, censerem eam adhuc esse in loco in quo sit Corpus ipsius S. Patriarchæ, et quod arca saxea, quæ inventa est, indicium, ex quo argumentum firmum pro identitate sumatur, esse non potest. (*a*)

(*a*) „ *Thomam Celanensem*, suam in disciplinam a D. Fran-„ cisco acceptum, permagni faciens, ut debeo, non invitus „ dedi *ad §. 6. huius Opusc.* Sancti Patriarchæ corpus inclu-„ sum fuisse *arca lignea*, quum ab æde Portiunculana ad „ templum D. Georgii *a paucis*, ut *Celanensis* habet, dela-„ tum est. At in D. Georgii fano exceptum esse *arca saxea*, „ quod *Scriptor antiquæ, ac brevis Legendæ*, in *Codice* „ *Corsiniano* allatus, memoriæ prodidit; id ego contendam, „ nulla iniuria *Thomæ Celanensi* irrigata. A *Pisani* autem, „ ac *Wadingii* testimoniis, *Scriptori antiquæ Legendæ* adver-„ sis, *loc. cit.* me explicavi. Et ecce hic mihi opponitur *Li-*

OSSIUM COMPAGO.

61. In arca inventa fuit compages ossium absque carne, hominis adulti, juxta peritorum juditium, ætatis mediæ, mediocrisque staturæ. Quæ, si conferantur cum ætate ac statura Sancti Patris Nostri Francisci, videntur convenire. At cum nullum signum, aut indicium, illorum, quæ confirmant iden-

---

„ *psinius* quidam, mox elapsi sæculi scriptor, qui Francisci „ exuviis triplicem arcam circumdat, marmoream nempe, „ plumbeam, cupressinam. Perbelle. Id scilicet curo, quid „ de hoc argumento asserere, post annos ab excessu D. Fran- „ cisci ferme sexcentos, in mentem venerit sæculi XVIII ce- „ rebroso scriptori. Qui non arcam tantummodo plumbeam, „ sed nos quoque sibi plumbeos finxit, quum novo figmento „ addere se posse pondus apud nos duxit.

„ Sed molesta inquisitionis seges mihi succrescit. Vult „ enim, ac quasi pro iure postulat Adversarius, exponam, „ quid de *lignea arca* factum, quæ exanime Francisci cor- „ pus usque ad fanum D. Georgii gestavit, quamque, nisi „ *Thomam Celanensem* parvipendo, in funebri pompa texisse „ Francisci cadaver, fateri cogor. Moleste urgenti, ac sibi „ satisfieri petenti respondeo apud *Iacopinios*, quorum vetu- „ sta, atque honesta in primis fuit Assisii familia, fuisse ta- „ bulam, imagine D. Francisci signatam, quam ferebant unam „ ex iis esse tabulis, ex qua onerata olim eius exuviis arca „ constaret. Id sane habet *Binius* in libro inscripto: *La ve-* „ *rità scoperta ne' tre Santuarj tit.* 3. §. 1. Fertur pariter ex „ arca illa avulsam fuissem tabulam, in qua vetus pictor „ effigiem Francisci coloribus expressit, quam præfert sacra „ Ædes *Deiparæ a Carceribus* dictæ, ab urbe Assisio bis mil- „ le passibus distans. Ea de tabula verba facit *Michael de* „ *Puntia part.* 3. *tract.* 3. *c.* 8. Quum vero vetustarum ima- „ ginum D. Francisci, quæ appictæ tabulis, magna sit copia, „ pronum est coniicere, tabulas omnes, quarum compactio- „ ne arca coaluerat, cum in usum migrasse; ut nimirum, „ qui Franciscum colebant, simul expressam oris eius spe- „ ciem intuerentur, simul apud se rem læti servarent, quæ „ olim sacrum corpus attingens religione quadam fuisset im- „ buta „.

titatem Corporum Sanctorum et reliquiarum ; et ex alia parte multi sunt homines adulti, mediocris staturæ, qui in ætate media moriuntur, quorum ossa sunt in sepulchris etiam saxeis, dubitarem ; utrum dicta ossium compages sit Corporis Sancti Francisci, an alterius. (a) Cl. auctor prop. IX. fol. 47. ait : *Liceat ex mox afferendis præsumere eas exuvias non ethnici esse hominis, sed Christiani* : At ipsemet scit, quod licet sint hominis Christiani, non infertur, esse Sancti Francisci; nisi alia adminicula adsint, ex quibus morali evidentia comprobetur, eas Sancti Francisci esse, non alterius Christiani. (b) Non

---

(a) „ Non is ego sum, qui ætatem, ossiumque magnitu-„ dinem in Asisinatibus reliquiis sese prodentem, congruen-„ temque ætati, ac modo corporis D. Francisci, satis esse pu-„ tem, ut accipiantur pro corporeis eius spoliis, nisi aliæ in „ id probationes sint præsto. Sed argumentorum, quæ vel so-„ la possint causam nostram tueri, haud inops est iam edita „ *Demonstratio*. Insuper ab ætate, ossiumque magnitudine, et „ ab aliis fontibus non leves coniecturæ ducuntur. Eas autem iun-„ ctas vim habere argumentis maioribus exæquandam do-„ cuit, egregie de sacro iure meritus, *Carthaginiensis Episco-„ scopus Io. Devotus Inst. Can. tom.* 3. *tit.* 9. §. 31. et alii „ insuper graves scriptores *Demonstrat. pag.* 69.

(b) „ Ecquid esset me ineptius, ac pinguius, siquidem hoc „ uno fretus, quod Asisinates exuviæ, ope Christianorum num-„ morum una iacentium, Christiani hominis esse prodantur, „ constare contenderem, eas exuvias esse Francisci? Mea sunt „ verba *Demonstrat. part.* 1. *sect.* 3. *prop. IX Afferam inse-„ quenti in sectione notas satis expressas, quæ fidem faciant etc.* „ *eas reliquias non alius esse, quam D. Francisci. Interim il-„ lud liceat ex mox afferendis præsumere, eas exuvias non „ ethnici esse hominis, sed Christiani. Id enim haud carenti „ sensu oculorum produnt nummi penes eas exuvias reperti etc.* „ Ibi ergo mihi viam munio ad meum propositum, non ta-„ men ad eas exuvias Francisco tribuendas accedo; totaque il-„ la mea propositio, eiusque declaratio eo spectat, eoque eva-„ dit, ut constet, sceleton sub ara maxima Asisinati reper-„ tum non pagani esse hominis, sed Christiani, eiusdemque „ sanctimonia spectati, ac cultum meriti. Opto se referat le-„ ctor ad ea, quæ ibi scripsi, ne, quasi ex nummis Christia-

est meum judicare, et decidere, si adminicula quæ exhibentur, sint, aut non, hujus conditionis. Expono eas, quæ mihi occurrunt, difficultates, easque subiicio examini sapientissimorum Consultorum, et Sacræ Congregationis, juditioque S. V. cui, ut jam dixi et iterum dico, præstabo omnimodam venerationem, summissionem, et obedientiam.

62. Dicam: quamvis *a sæculo undecimo ad quintum decimum, omnis ab Italia sacrilegus cultus aberat, omnes Itali Christiano lavacro abluebantur, ac religioso in loco, ubi vita excessissent, sepulchrum nanciscerentur* communiter loquendo; ignorare non posse cl. auctorem credo (audivi enim multa de vastissima ipsius in omni scientiarum, et historiarum eruditione) tanta ea, quæ contra omnia divina et humana occurrerunt mala in Italia post mortem S. Francisci, occasione schismatici Imperatoris: nec eas, quæ ad dimidium sæculi quartidecimi Perusii et Assisii ortæ fuere rebelliones, de quibus accuratissimus Joannes de Sepulveda capite ultimo lib. 3. historiæ Cardinalis Albernotii ait: *His ita debellatis nihil superesse videbatur, quod posset otium pacemque sociorum et clientum Ecclesiæ sollicitare, præter Perusinos, qui quorundam* ***EX PRIMORIBUS IMPULSU****, rebus novis studebant: jamque Assisium ditionis suæ fecerant. Horum igitur ut motus inhiberet Ægidius . . . in Umbriam proficiscitur. Et ubi Assisium pervenit, Perusinorum ejecto præsidio, Civitatem suæ reddidit libertati.* ***IN QUA ÆDE FRANCISCI RESTAURATA*** *sacellum intus jussit ædificari, et in eo monumentum, quo mortuus conderetur, extrui*: Nec nonque illas severissimas terribilesque pænas publicatas a Bonifacio IX Summo Pontifice in sua Bulla ad futuram rei memoriam: quæ incipit: ***ATTENDENTES DUDUM****: contra Civitates Perusinam, Assisiensem, contra universitates, ac singulares personas earum, declarando eos conspiratores et rebelles contra ipsum et Ecclesiam Romanam, ac reos criminis læsæ majestatis, ac excommunicatos, et anathematizatos; quia contra ipsum Pontificem, et Ecclesiam Romanam eorum matrem, dominam et magistram se rebellaverant, occupando, et indebite detinendo Civitates, terras, castra, et loca Romano Pontifici et Ecclesiæ Romanæ im-*

„ nis, cum Asisinati sceleto iunctis, illud Francisco tribue-
„ rim, ignavissimi me stuporis insimulet „.

mediate subjecta, *necnon arma et insignia Romani Pontificis de frontispiciis*, *et palatiis ipsius Pontificiis et præfatæ Ecclesiæ in vilipendium et contemptum ignominiose deleri fecerant*: ut videre est apud Raynaldum ad annum 1403. Hæc omnia occurrerunt in ipsa Civitate Assisiensi a sæculo undecimo usque ad decimum quintum. Quando Perusini et Assisienses se rebellarunt contra Summum Pontificem et Sanctam Ecclesiam Romanam, et delerunt arma et insignia de frontispiciis et palaciis Sedis Apostolicæ, Basilica et ædes S. Francisci subjecta erat immediate Romanis Pontificibus: quando Cardinalis Ægidius Albernotius, Perusinorum eiecto præsidio, Civitatem Assisiensem suæ reddidit libertati, *ædem S. Francisci reparavit*: quis non dicet; ergo disrupta fuerat et vastata? Et a quibus dirruptio et strages illius ædis, nisi a rebellibus et seditiotis inimicis Romanorum Pontificum et Sedis Apostolicæ, qui arma *et insignia Pontificis et Ecclesiæ Romanæ de frontispiciis et palatiis ausi fuerunt aufferre ignominiose in vilipendium et contemptum*, causata dici potest? At non solum contra Romanum Pontificem et Ecclesiam motæ fuerunt rebeliones illæ. Omnes qui adhærebant Pontifici et Sedi Apostolicæ magna detrimenta, opprobria, et persecutiones passi fuerunt a rebellibus et seditiosis, ut constat ex ipsa Bulla, et historiis illius temporis. Et quis dubitare non poterit, an illa *nefanda perversorum suggestio* (verba sunt Bullæ) intentaverit contra Cadaver illius Sancti tam addicti Summis Pontificibus et Sedi Apostolicæ, qui ad initium Regulæ, quam dedit Fratribus suis, dicit: *Frater Franciscus promittit obedientiam et reverentiam Domino Papæ Honorio ac Successoribus ejus Canonice intrantibus et Ecclesiæ Romanæ*: et sublato illius corpore aliud alicujus, ex illis primoribus, quorum impulsu se rebellaverant? (a)

(a) „ In maximis angoribus, quibus ob oppugnationem „ meæ causæ iniquissimam hactenus affectus sum, illud erat „ solatii, nullo indicio se prodidisse Adversarium Flaminiana „ contagione vitiatum, atque sordentem, ac dedisse sæpenu- „ mero, in Basilicam earum honori excitatam Francisci exu- „ vias fuisse traductas. Sed solatiolum mei doloris eripitur. „ Nam si in Basilicam illatas dedit, non ideo dat in illa man- „ sisse: atque ex illis turbis, partiumque studiis, quæ Italiam „ ad sæculum usque XV quassavere, quorumque haud expers

63. Nec hoc admirationem inferre debet scienti, quid fecerint, cum Corporibus Sanctorum et Reliquiis Fidei Catholicae, Sanctae Romanae Ecclesiae, Summorumque Pontificum inimici. Quid fecerit Constantinus Copronimus cum Reliquiis Sanctae Euphemiae habetur apud Baronium, tom. 13. ad an. 766. fol. 26. *Ille execrandus et perniciosus Imperator temeraria usus audacia, noctu ingressus cum quibusdam, qui erant suae sectae, impetum fuit in reliquias omni ex parte benedictae Martyris Euphemiæ, et cum Arcam aperuisset; abstulit Reliquias benedictae Martyris cum loculo, qui eas continebat. Cum pa-*

„ Assisium fuit, pontificio dominatu ibi aliquando abrogato,
„ suspiciones conatur ingerere, vereturque, ne aliquæ eorum
„ temporum furiæ (numquid enim homines appellaremus?)
„ Francisci sacratissimos cineres loco moverint, ac dissiparint,
„ odio in Franciscum turgidi, quod ille semper Romanis Pon-
„ tificibus addictissimus fuerit, in eorumque obsequium pro-
„ nus.

„ Hæc quum scribit Adversarius, id videtur statuere, eos,
„ qui tempestate illa principatum Romani Pontificis detrecta-
„ bant, religionem pariter Christianam eiurare solitos, om-
„ nemque abiicere in Deum, divosque pietatem. Non ii cer-
„ te, nec tam protervi, ac profligati umquam Italorum mo-
„ res fuerunt; sed quum mutuis Guelphorum, Ghibellino-
„ rumque distraherentur dissidiis, et modo in Cæsarum, mo-
„ do in Pontificum iura concederent, sæpe etiam liberi dici
„ vellent, Christianam religionem obfirmate retinebant, divos-
„ que, et eorum reliquias impensissime venerabantur. Quare
„ de eorum vita ad libidines proiecta, aliquatenus tamen pia,
„ *Diss.* 58. *Antiq. Ital. med. Aev.* hæc tradidit *Muratorius*,
„ quo nemo plenius, pluribusque ex documentis res, ac mo-
„ res Italorum deprehendit: *Colligimus apud rudium sæculo-*
„ *rum homines sanctam quidem Religionem Christi viguisse*,
„ *multos tamen ex iis* (*de sæcularibus loquor*) *parum exco-*
„ *lendis animi virtutibus*, *et solidæ pietatis officiis operam de-*
„ *disse*. *Satis quippe eis fuisse videtur*, *si Sanctorum patroci-*
„ *nium apud Deum sibi procurarent*. *Quod etiam crasso quo-*
„ *dam modo*, *ac ut ita dicam sensuali devotione peragebant*,
„ *eorum tantummodo imagines*, *et sacra lipsana venati*, *ac ve-*
„ *nerati*. Atque adeo non ignoraverit Adversarius, „ *Gherar-*

rata autem haberet alia Ossa mortui exsiccata, *ea jecit intra Arcam*, *et cum eam rursus texisset*, *recessit . . . Et die sequenti coepit adversus benedictam Euphemiam movere suam scelestam et execrandam linguam*, *eam insectans et dicens*: *Abite*, *et videte quantum errabant*, *qui dicebant*, *esse salvas et integras benedictae Euphemiae Reliquias*, *et eas asserebant effundere unguenta. Illi autem cum abiissent*, *et vidissent*, *non esse in Carne pretiosas Euphemiae Reliquias*, *sed arida*, *quae ab ipso projecta fuerant Ossa*: *ea conspuerunt et maledictis sunt insectati*. Quid fecerit cum Reliquiis Sanctorum Joannes Hus narrat Raynaldus ad Annum Christi 1411. fol. 335. Conculcabat Veras Reliquias Martyrum, et corpora suorum sectatorum qui capitali supplicio impietatis suae poenas ferebant, per plateas publicas portabat, concinentibus impiis nefandae sectae Sacerdotibus: *isti sunt Sancti qui pro testamento Dei sua corpora tradiderunt*; et deinde in Sacrario collocabat.

„ *dum Boccabadatium*, Franciscalem hominem, ab Imperatoris partibus stetisse, ac tamen vixisse probe. De eo *Salimbenes* scribit in *Chronico*: *Erat enim Frater Gherardus imperialis multum*, *et nihilominus in pace*, *et in æquitate ambulavit coram Deo*. Quis Dante Aligherio Pontificum dominatui infensior? Quis Imperatorum partibus addictior? Tamen Francisci laudes nullius in ore libentius audiuntur, nullius præconio confidere magis licet perennes fore, quam Dantis, Ghibillini hominis, suavissimo carmine, atque imaginibus mirificis expolito.

„ Quapropter avertendus est animus ab illo metu, quo nos Adversarius conatur perfundere, ne perduelles in Pontifices populi Francisci exuvias a Basilica, ac vetusto conditorio eduxerint, et sacrilege aliquando disperserint. Certe non dissipatos, dispersosque cineres Francisci suspicabantur Perusini, quum anno MCCCCXLII eos ab Eugenio Pontifice in magni muneris loco petebant; *Nov. Summ. num.* 2. Quumque nobilissima civitas, et Assisio proxima, nihil de crimine atrocissimo, cuius Adversarius nos specie terret, inaudiverit, nec patratum putarit; admissum nos ducemus, qui tam longe absumus ab iis temporibus, quibus peragravit Italiam factionum rabies, quique de perpetrato scelere testibus nullis docemur? „

Non constat hujusmodi nefanda fecisse Perusinos et Assisienses. (*a*) Sed quid timendum non est, de Civitatibus, Universitatibus, ac singularibus earum personis animo persistentibus in rebellione damnabiliter indurato contra Romanam Ecclesiam, contra Summum Pontificem, contra eos qui addicti erant Apostolicae Sedi, et contra omnia quae propria Ecclesiae et Romani Pontificis? Censerem, igitur, quod, quamvis constet illam Ossium compagem esse hominis Christiani; non potest hinc sumi argumentum ad probandum firmiter et certo esse Reliquias Corporis S. Francisci, imo nec alterius sancti; nam in multis sepulchris inveniuntur signa ex quibus infertur, illum, cujus Ossa illic habentur, fuisse Christianum; et ex his signis non sequitur fuisse sanctum.

64. *Aliter loquendum mihi esset*, si aliquis titulus, aut inscriptio in ipsa Arca saxea interius aut exterius, qua, Ossa et Cineres, aut Cadaver ibi reconditum esse S. P. N. Francisci, diceretur. (*b*) Titulum, aut inscriptionem esse primum

---

(*a*) „ Si non constat ea dira perpetrasse Asisinates, aut „ Perusinos, qui aliquando Assisi dominatum invasere; si Asi- „ sinates, patriæ historiæ periti, et suarum rerum conscii, sem- „ per ad aram Basilicæ maiorem in genua procubuerunt, et „ procumbunt adhuc, rati se illic spolium Francisci sacratis- „ simum venerari; si Perusini non audacia, ac telis armati, „ sed gratia, ac precibus usi illud conati sunt ad se trahere, „ constatque ab Eugenio Pontifice haud voti compotes factos; „ cur Adversarius eorum furores, et horribilem impietatem „ nobis ob oculos ponit, qui detestandis in sacras reliquias cri- „ minibus se polluerunt? An tantum est otii, ut historiam „ criminum, in aliis regionibus patratorum, quum illas *Ico-* „ *nomachorum*, aut *Hugonotorum* furiæ peragrarunt, audia- „ mus? „

(*b*) „ Qui, partium studio nebulam affundente, cæcu- „ tiunt, aut quibus cordi est, illis, qui hanc causam tuen- „ tur, inofficiose adversari, negarent infra Basilicam Asisina- „ tem condi exuvium Francisci, quamvis id inscriptio testa- „ retur, non minutis, atque evanidis litteris, sed alte ada- „ ctis, ac cubitalibus exarata. Profecto detectus titulus non „ ille esset, quem a Gregorio IX prope incorruptas Franci- „ sci exuvias positum inspexisse, atque exscripsisse dicitur ne-

signum ad cognoscendam et probandam identitatem corporum et Reliquiarum Sanctorum, dicunt Joannes Ferrandus (lib. 2. cap. 1. de distinct. Verar. Reliq. a falsis) et sapientissimus Benedictus XIV. (lib. 4. part. 2. cap. 27. n. 14.) *tam necessarius*

„ scio quis terræ filius e comitatu Francisci Sfortiæ Mediolanensium Ducis. Franciscum Ducem accessisse ad vividum Sancti Patriarchæ spolium primum docuit Wadingus *ad Annum* 1230, *num.* 6, *et ad Annum* 1457, *num.* 57. Priori autem loco sic scribit: *Addo hic item sepulcri, vel suppedanei lapidis epitaphium, excriptum a quodam Ducis Mediolanensis Francisci Sfortiæ comite delubrum hoc subingresso, a cujus posteris illud accepi.*

V. S. C. A. FRANCISCI . ROMANI . CELSA
HVMILITATE . CONSPICUI . CHRISTIANI . ORBIS
FVLCIMENTI . ECCLESIÆ . REPARATORIS
CORPORI . NEC . VIVENTI . NEC . MORTVO
CHRISTI . CRVCIFIXI . PLAGARVM
CLAVORVMQVE . INSIGNIBVS . ADMIRANDO
PAPA . NOVÆ . FÆTVRÆ . COLLACRYMANS
LÆTIFICANS . ET . EXVLTANS
IVSSV . MANV . MVNIFICENTIA . POSVIT
ANNO . DOMINI . MCCXXVIII.
XVI. KALENDAS . AUGUSTI
ANTE . OBITVM . MORTVVS . POST . OBITVM
VIVVS.

„ Quo litterario munusculo postquam nos donavit *Wadingus*, non dedignatur nobis pandere, quem illæ siglæ, seu litteræ singulariæ V. S. C. A. intellectum habeant. Eas, quin hæreat, interpretatur: VIRO. SERAPHICO. CATHOLICO. APOSTOLICO.

„ Iterum dico. Si qui cum Francisci cineribus vel appictus, vel insculptus titulus occurrisset, non is profecto esse potuit, quem *Wadingo* elegantiarum cupidi acceptum debemus. Illi enim in eo micantes antithesum, ac vicissim respondentium membrorum flosculi: *corpori nec viventi, nec mortuo; ante obitum mortuus, post obitum vivens; novæ fæturæ collacrymans, lætificans, et exultans* vitia dictionis sunt,

est titulus (a) aut inscriptio ad probandam sanctitatem alicujus Cadaveris, aut Reliquiae, quod cum tempore Pauli V. inter ruinas antiquae Civitatis Otriculanae inventa fuissent septem et quinquaginta corpora, quae Sanctorum Martyrum esse dicebantur, eo quod in parvo lapide in dicto sepulchro recondito posita erat haec inscriptio: *Hic requiescit Medicus Martyr Christi cum pluribus*; re visa et considerata in Sacra Rituum Congregatione, jussu Summi Pontificis, licet Episcopus Narniensis judicaverat praedicta omnia Corpora inventa verisimiliter esse Sanctorum Martyrum Corpora, Sacra Congregatio judicavit, non satis constare, omnia supradicta quinquaginta Corpora esse vere Corpora Sanctorum Martyrum, et pro talibus veneranda, excepto tantum corpore supradicti Sancti Medici, cetera vero esse in loco decenti et honesto collocanda et servanda, sed adhuc non esse colenda tamquam SS. Mar-

---

„ quæ ætate *Wadingi*, sæculo scilicet XVII, pro virtutibus „ erant, atque excipiebantur avidissimis auribus; ita ut nemi„ ni, qui in his rebus sensu polleat, dubium esse possit, ti„ tulum illum totamque inspectionem Sfortianam sycophantæ „ alicuius in fraude straenda indoctissimi, atque audacissimi pa„ riter, esse fætum. Eadem in sententia *Bollandiani* sunt, quos „ consules, *Analector. de S. Franc. part. 4. num.* 157, *et seqq.*

„ At vero Adversarii, qui quæcumque pro incorruptione „ *Wadingus* aggessit, suspiciunt, parati pro illis internecino „ bello certare, non alium titulum ad D. Francisci reliquias „ repertum pro legitimo haberent, nisi qui totidem verbis, „ syllabisque constaret, quot constat inscriptio a Franciscalium „ Annalium auctore vulgata. Numquam ergo quiesceret pu„ gna, numquam Adversariis nobiscum conveniret, etiamsi „ penuria tituli abesset a causa; immo prolatum ob titulum „ fraudis postularemur, essetque latior ad convicia, ac nobis „ detrahendum via „.

(a) „ Recognosce a me scripta *Demonstrat.* §. 93, *et seqq.* „ sentiesque doctrinam *de tituli quoad reliquias necessitate* hic „ a V. C. Adversario insinuatam, ab eoque primum exortam, „ Romanæ Sedis iudicio esse adversam. Ex *Ferrando*, ac *Be„ nedicto XIV*, tituli *utilitatem* prædicantibus in controversiis „ huiusmodi, quomodo ad *necessitatem* transcursus? Nihil in„ ter *utile*, ac *necessarium* discriminis interpositum „?

tyrum; quod, facta relatione SSmo Paulo V. approbatum fuit à Sua Sanctitate. (*a*) Cum ergo nullus titulus et inscriptio sit

---

(*a*) „ Et merito quidem in eam Paulus, perspicacissimus „ Pontifex, sententiam ivit, non esse quinquaginta illa cadevera „ Otriculana pro reliquiis Sanctorum heroum habenda, licet „ illis proximum cadaver, quod inscriptio docebat, martyris, „ et athletæ pro Christiana religione fortissimi esset exuvium. „ Numquam enim ad probandam effossorum corporum san„ ctitatem nudum a próximitate circumiacentium Martyrum, „ aliorumque Sanctorum argumentum apud nos pretium ob„ tinuit. Iacet in subteraneis *coemeteriis*, quos *Prudentius* „ *Peristeph. hymm.* 11. appellat *recessus ancipites*, quæque „ Romam prope non infrequentia sunt, cadaverum ferme in„ numerorum congeries; nec ibi desunt identidem certis te„ stata notis Heroum sanctorum exuviæ. Num ideo colimus „ omnia illis sinuosis antris excepta cadavera? Num, ut san„ cta habeamus, satis est nobis in eodem quasi contubernio „ cum sanctis corporibus omnia coniungi? At scimus, e Chri„ stianis plures, licet non ea sanctimonia enituerint, ut cul„ tu mereantur affici, penes Martyres sibi legisse sepulcrum, „ quod eorum deprecatione ut habes ex *D. Paulino in Paneg.* „ *Celsi pueri*, sibi Deum conciliatum iri confiderent. Novi„ mus item, penes Martyrum cineres nonnullos nactos esse „ sepulcrum (*Boldetti* hæc sunt *Osserv. sopra i Cim. lib.* 1. „ *c.* 14.) *per ragione di dominio, e padronanza de' cimiteri* „ *stessi o perchè fatti cavare ne' loro terreni ad uso delle pro*„ *prie famiglie, o perchè li ampliarono già fatti per uso pu*„ *blico de' Cristiani; e questi, ragion voleva, che per se me*„ *desimi, e suoi domestici riserbassero qualche parte, e* „ *qualche vano di tomba presso quelli de' Santi Marti*„ *ri*. Nemo igitur, qui non de his rebus turpissime im„ peritus, religione prosequendum corpus putabit, quod for„ te sancto corpori adiaceat, ea una impulsus ratione, quod „ illi adiaceat. Sed si historiæ, si traditio, si ponderosa ar„ gumenta alia inventorum corporum sanctitatem statuant, „ profecto, quin tituli adsint, secundis auspiciis eorum cul„ tus causa feretur. Nec causam corporum Otriculanorum, „ in qua Paulus V iudex sedit, inopia tituli profligavit, sed „ inopiæ tituli aliarum probationum adiecta penuria „.

P 2

inventa in Arca Saxea, quomodo certe constare poterit Ossa in ea contenta et Cineres esse S. Francisci? Illi qui rapuerunt Sanctum Corpus, posuerunt illud in loco omnibus ignoto, et tam ignoto, ut semper dubitatum sit inter Auctores de vero loco Sepulchri Sancti Patriarchae: uni dixere quod erat in tertia Ecclesia infima: alii in secunda: alii in arca quae est super Altare: alii sub Altare: et alii alibi. *Hoc ipso, quod volebant illud occultare, debuerunt apponere titulum*, aut aliquam inscriptionem, ut si aliquando, vel aliqua occasione, illa arca reperiebatur, Reliquias esse S. Francisci Exuvias in ea contentas, omnibus constaret. (*a*)

(*a*) „ Scribis, *semper dubitatum inter auctores de vero loco Sepulchri sancti Patriarchæ*. Scribis, *unos dixisse, quod erat in tertia Ecclesia infima, alios in secunda, alios in arca, quæ est super altare, alios sub altare, et alios alibi.* Sane illud *alibi* non hic sine causa adiectum. Nam opiniones omnes eorum, qui, quamvis variis locis, tamen in Basilica corpus Francisci constituerent, neque ausi in hoc sunt tot Pontificum, ac consentientium scriptorum auctoritati refragari, recensueras omnes, ac nostris oculis obieceras. Illi ergo, qui sacrum exuvium *alibi* constituunt, *Flaminiani* sunt, eo impudentia progressi, ut negent, aut dubium faciant, Basilicam Asisinatem sacrosancto spolio potiri. Quorum audacia tibi adeo non est invisa, et adeo non doles, eos perniciosis commentis contra omnem vetustatem pugnare, ut leviculas suspiciones serendo, et exempla colligendo criminum externorum, fulcire eorum partes, ac sustentare nitaris. (Refer animum ad ea, que adnotavi *ad §. 62, et 63 huius Opusc.*) Non is tamen sensus *Irenæo Affoo*, vestræ disciplinæ Viro, qui veritatis indicia persequens semper, damnansque vitioso e fomite concertationes, *Ella è in errore*, scribebat, *se crede mai che avvilir tanto mi possa da mescolarmi con certi blateroni, i quali renduti si sono abbastanza ridicoli nell' impugnare istrioniche inezie, e nel pigliarsela fin contro il corpo venerabilissimo del nostro Santo Patriarca per far onta a' suoi figliuoli, che ne sono adoratori, e custodi.* Quæ verba explanatore non indigent, extantque in libello cui titu-

65. Nolo accusare Heliam, nec accusandum esse censeo, negligentiae; crederem probabilius, inscriptionem positam Arcae, in qua depositum fuerat Corpus, ante translationem, fecisse. Quis persuaderi sibi poterit, signatam non fuisse Arcam ali-

---

„ lus præfigitur: *Risposta dell' Autore della Vita di Elia etc.*
„ *alla lettera dell' Anonimo Pisano etc. pag. 66.*

„ Putem vero e mente V. C. Adversarii excidisse memo-
„ riam rerum angustiæ, ac turbidi temporis, quo Francisci
„ cadaver in Basilica est conditum. Qui oblitus non fuerit,
„ clam, ac nonnissi per homines exploratæ fidei sanctum spo-
„ lium ab Helia potuisse sepulcro mandari, miretur ab eo in-
„ scriptionem abesse, scribatque: *Hoc ipso, quod volebant il-*
„ *lud occultare, debuerunt apponere titulum?*

„ Ego autem sic statuo: Tumulo Francisci titulum non
„ esse insculptum in Æde D. Georgii, postquam a Gregorio
„ IX relatus est inter Divos, quo tempore mihi est explora-
„ to, sacras exuvias fuisse ex infimo solo eductas, et illustri
„ in loco positas (Recole *Adnot. ad* §. 25. *hujus Opusc. pag.* 43,
„ *et seqq.* quod iam tum consilia volvebantur ædificandæ Basilicæ.
„ Postquam vero surrexisset Basilica, Francisci exuvium, ex
„ præconcepta cogitatione, et ex more illius ætatis, collocan-
„ dum erat in mensa altaris, vel mensæ erat superponendum.
„ Ita enim actum ætate illa de sacris spoliis DD. Dominici,
„ atque Antonii. (Repete *Adnotata ad* §. 57. *huius Opusc.*
„ *Prop. I.*) At enim sive supra mensam, seu in mensa aræ
„ Francisci reliquiæ statuerentur, non illæ in rudi, ac saxea
„ manere debebant arca, sed in loculum transferendæ erant
„ affabre sculptum; quo honore affectos esse Dominici sacros
„ cineres, disces ex *Demonstrat.* §. 34. ac pariter honestatas
„ esse corporeas reliquias Antonii, noluit nos latere eius Vitæ
„ antiquus descriptor *Sicco*. (*Cit. Adnot. ad* §. 57. *huius Opusc.*
„ *ibiq. Prop. cit.*) Quum ergo D. Francisci spolia aliam in
„ arcam traduci deberent postquam in mox condendam Ba-
„ silicam pervenissent, nemo areæ saxeæ titulum insculpendum
„ putavit, donec in fano D. Georgii constiterunt. At quum
„ eductæ ex hoc fano sunt Francisci reliquiæ in Basilicam
„ convehendæ, illico clamores, minæ, armorumque fulgor,
„ et crepitus; nec moras nectere licuit, sed necesse fuit, non
„ expectatis marmorariis, qui titulum insculperent, per ho-

quo titulo vel inscriptione, in toto illo tempore quatuor annorum, quod a depositione Corporis in Ecclesia S. Georgii usque ad translationem ad Basilicam S. Patriarchae nomini consecratam, intervenit? Credere non possum, Heliam, virum acutissimi ingenii sibi reliquisse copiam imponendi tituli in tempore ipso translationis, si optabat, removeri per Assisinates ab omnium oculis Francisci Reliquias, ideoque in paratum cavum cito demitti, ut credit Cl. Autor. Habuit Helias quatuor annos à prima translatione, usque ad secundam: habuit tempus ad iniiciendum metum Assisinatibus et tractandum cum ipsis de occultando corpore sacro: a concesione licentiæ ad translationem faciendam die 16. Maii a Gregorio IX. concessæ usque ad diem 25. ipsius mensis habuit octo dies, et non potuit per se, vel per alium, inscribere titulum, qui *solis tribus litteris confici poterat?* Non alienum a veritate judicarem, Arcam, in qua translatum fuit Sacrum Corpus, insignitam esse aliquo titulo, aut inscriptione, distinctam esse ab Arca saxea, quae inventa est, et manere cum Corpore in loco occulto, et ignoto, ubi ipsum collocarunt Assisinates. (*a*) In noticiis MS. RR. PP. Conventualium, quas citant

---

„ mines fidos, qui omnes, aut plerique e Franciscalium cœtu „ lecti, rupem cædere, in eamque sacras exuvias demittere. „ Nec præsto erat, translationis tempore, novus loculus inciso titulo insignis. Illa enim ob vota Franciscalium ante operis „ absolutionem præmatura translatio, cujus peragendæ veniam „ in ipso comitio collecti Franciscales a Gregorio Pontifice petierunt, effecit, ut indicta sit pompa, licet nec titulus, „ nec arca, nec ara excipiendo sacro corpori in promptu essent. (Repete *Adnotata ad §. 57. huius Opusc. Prop. II.*)

(*a*) „ Postquam Franciscos Divorum albo inscriptus est a „ Gregorio, quod præstitit Pontifex Iulio mense anni MCCXXVIII, „ ac postquam *levatum*, ut *Stadensis* loquitur, *de tumba* eius „ corpus cultu afficiendum Gregorius sanxit, non inopportunæ diligentiæ fuisset, arcæ onustæ pretiosis exuviis titulum „ insculpere. Sed enim licet post indultos eis honores illæ „ annis ferme duobus in fano D. Georgii iacuerint, tamen „ conceptum consilium ædificandæ Basilicæ, et translatio pretiosi spolii ex arca rudi in nobiliorem explenda, ubi illud „ in Basilicam illatum esset, obstitit, ne tunc titulus inscul-

Bollandiani, fol. 665. n. 634. dicitur: *Jacobam de Septem soliis sepultam fuisse in S. Francisci Basilica prope Assisium*, sub

---

„ peretur. Defuisse autem Heliæ facultatem incidendi tituli, „ postquam in Basilicam exuviæ venerunt, temporis illius „ turbulenti clamat historia. Ac si contendas vel in templo „ D. Georgii, vel in Basilica minio, aut alio colore quovis „ arcæ illi saxeæ titulum fuisse appictum, quum fuerit sem- „ per colorum usus creber in titulis, non audebo obstrepe- „ re, et opinioni isti reclamitare. (Vide *Demonstrat. pag.* 91.) „ Sed non potuit colore expressus titulus non evanescere in „ udo illo specu, qui arcam excipit, ac quo influens humor „ assiduus ossa ipsa sacratissima loculo contecta vitiavit, ac „ multis locis crusta crystallina implicuit, de quo actum *De- „ monstrat. pag.* 54. Difficultatem insculpendæ inscriptionis ele- „ vat V. C. Adversarius, nec longæ id operæ futurum fuisse „ autumat. *Solis*, inquit, *tribus litteris confici poterat*. Qui- „ bus? Hisne litteris S. F. A. interpretandis, sententia nostra, „ *Sancti Francisci Asisinatis*? At cerebrosus aliquis, ac no- „ bis molestus esse laborans interpretaretur fortasse: *Semonis „ Fidii Amiternini*; et inventos cineres hominis illius blatera- „ ret, ex quo superstitione cæci olim Sabini deum sibi con- „ flaverant. Sed compendiarium, et ope scalpri quam citis- „ sime incidendum titulum, quo Francisci sepulcrum nullo „ negotio ab Helia potuisset ornari; suppeditat ipse Adversa- „ rius *huius Opusc.* §. 76. Habet autem litteras C. S. F. quas „ credo vult explicari: *Corpus Sancti Francisci*. Verumtamen „ ex eruditorum natione aliquis, consultis indicibus *Gruteria- „ nis*, aut *Reinesianis*, has quoque notas aliter interpretare- „ tur fortasse, et mallet potius *Caii Satrii Fortunati* nomen, „ de quo mentio est in lapide apud *Reinesium Class.* 12. *num.* „ 108, quam aliquid de *Corpore Sancti Francisci* primis illis „ verborum elementis doceri. Nimirum ideo scribuntur ti- „ tuli, ut de rebus, quas interest non ignorari, notitiam le- „ gentes hauriant; quas æque incommodum, aut non signi- „ ficari prorsus, aut ea litterarum parsimonia, tradi, ut, iis „ lectis, haud doctior, quam antea fias, sed valde plus mi- „ ser; et postquam ingenium tuum vexaris, ac torseris, nul- „ li certo sensui arbitrarias notas possis accommodare. Quem „ artis *epigraphicæ* præceptorem nactus sit Adversarius, me

suggestu, cum picta illius imagine et hac epigraphe: *HIC REQUIESCIT JACOBA SANCTA NOBILISQUE ROMANA*. Jacoba excessit e vita et sepulta fuit paulo post translationem S. P. N. Francisci, et posuerunt inscriptionem supra sepulturam ejus. Hoc honore dignus non fuit Seraphicus Patriarcha? (a)

66. Maximam esse disparitatem inter ea, quæ Cl. Auctor exhibet exemplaria identitatis corporum SS. Primi, Filiciani, Gregorii, Dafrosæ et Demetriæ, ab identitate corporis S. Francisci, de qua agitur, cum, qui unam cum alia conferat, agniturum esse, censerem. De identitate reliquiarum SS. Primi ac Feliciani constabat ex eorum imaginibus Musivis antiquissimis, in Odeo Cappellæ ipsis SS. dicatae, existentibus; ex Altare; ex antiquis Scripturis quae dicebant fuisse ibi colloca-

---

„ quidem fugit. Nobis, huius disciplinæ magistro *Morcellio*, „ nitidissimo, clarissimique nominis scriptore, utentibus, pro „ certo est, non licere pro arbitrio litteras verbis titulorum „ subducere, nec veteres umquam immodica, quæque tene„ bras pareret, licentia in hoc usos. (Confer *Morcell. de Stil.* „ *inscript. Latinar. lib. 2. part. 3. c. 4.*) Profecto Helias, „ quamquam, ut ferebant tempora, in arte exarandarum in„ scriptionum rudis, tamen ingenii acumine præstans, sen„ sit pluribus sane, quam *tribus litteris*, constare inscriptio„ nem debere, quæ D. Francisci sepulcro insculperetur, „ nec obscuritate sua arbitrium alia, atque alia ratione in„ terpretandi faceret „.

(a) „ Neque verba, quæ e *Bollandianis* V. C. Advresarius „ excerpsit, neque integer, quem adii, *Bollandianorum* locus „ de Iacoba id habent, eam vita excessisse, et sepulcri, ti„ tulique honoribus in Basilica affectam fuisse, *paulo post* „ *translationem* (id enim est e penu Adversarii qui scri„ ptoribus, prout sibi opportunum, addit, ac demit) *S. P.* „ *Nostri Francisci*. Si autem reliquiarum sanctarum transla„ tio, obitusque Iacobæ non eadem in tempora inciderunt; „ mireme tituli decus addi potuisse Iacobæ sepulcro, abfuis„ se vero a tumulo D. Francisci, quem tempore formidolo„ so, nec accitis artificibus, quos tituli incidendi labor po„ scebat, in Basilicam illatum, et in imo reconditum sci„ mus „.

ta a Pontifice Theodoro; et ex lamina plumbea, quae in ipsa concha marmorea, in qua erant Reliquiae seu Ossa, reperta fuit, (a) Corpus S. Gregorii M. requiescere in Altare, ipsi, et S. Andreæ dicato, in eadem Ara intra sanam et integram Concham de grannito Orientali nigro, et albo ovatam, et firma crate ferrea munito, nullus erat, qui ignoraret; nam ex fama publica, constante,, et firma, omnibus notum erat *Pium II. transtulisse Corpus S. Doctoris Gregorii, et in Altare ab se magnificentius extructo . . . intra nobilem Concham marmoream posuisse, ac firma crate undique munivisse*. (b) Consta-

(a) ,, Non historias comparo inventorum corporum Pri-,, mi, ac Feliciani Martyrum cum historia reperti exuvii D. ,, Francisci. Illorum causa inscriptione muniebatur; nostra ,, destituitur. Sed Adversariis, qui causam meam titulo de-,, stitutam habent pro conclamata, iudicium oppono *Iulii* ,, *Cæsaris Cordaræ*, cuius propter facultatem ingenii, ac pro-,, pter doctrinæ abundantiam non minima esse debet aucto-,, ritas. Is enim, quum ageret de Primi, ac Feliciani reli-,, quiis, docuit causam reliquiarum, quæ ab inscriptionis præ-,, sidio sit nuda, haud fastidiose esse respuendam, et potuis-,, se causam exuviarum Primi, ac Feliciani, quamvis inscri-,, ptio abesset, tuto consistere, quod aliis ad fidem faciendam ,, aptis argumentis instrueretur. Quis autem nos aliarum pro-,, bationum gravitate vincat, ac numero, quæ undique ac-,, currunt, seseque inferunt, nec accedere videntur, sed ad ,, omnem perplexitatem tollendam, vimque adversam fran-,, gendam irrumpere „?

(b) ,, Ab exuviis D. Gregorii Magni iussu Pauli V de-,, tectis, ac loco motis abfuisse titulum, qui Gregorii M. eas ,, esse doceret; id ex *actis Grimaldianis*, in expositione rei ,, accuratissimis, atque uberrimis, nec tamen de titulo men-,, tionem iniicientibus, claro in lumine collocavi *Demonstrat.* ,, *pag.* 94., *et seq.* At aliæ probationes ex traditione, ex ar-,, cæ, quæ Gregorii spolium caperet, materie, ac, si vis, ex ,, aliis etiam locis depromptæ, vocem quodammodo veritatis ,, indicem intendebant, idque spolium Gregorio sanctissimo ,, Doctori asserebant. Numquid repugno? At enim et tradi-,, tio, et arcæ materia, et alia argumenta plurima tum *mo-* ,, *ralia*, tum *physica*, quæ, acie veluti instructa, omnium

bat ex traditione, loco, et lamina plumbea his verbis inscripta *Bibian. Virg.* Corpus ipsius in illo sepulchro continere: constabat ex notitiis Ecclesiæ apud Baronium Tom. 5. ad an. 362. n. 253. fol. mihi Corpus S. Bibianæ apud Matrem Dafrosam atque Sororem Demetriam a Joanne Præsbitero tumulatum fuisse juxta Palatium Licinianum. Si eodem tumulo, aut sepulchro erant Corpora Daphrosæ, Demetriæ, et Bibianæ, ex ipsa traditione, loco, et lamina, et inscriptione, qua constabat corpus S. Bibianæ, constare debebat alia duo esse Matris et Sororis corpora (*a*) Ticinensis Episcopus talia adminicula

---

,, oculis intuenda proposui *Demonstrat. pag.* 70. *et seqq.* clamant, reliquias Asisinates non alius esse, quam Francisci. „ Cur exsiliunt, cur litem intentant Adversarii, et de similibus, ac mire convenientibus causis volunt discrepans esse ,, iudicium „ ?

(*a*) „ Bibianæ cineribus, Urbano VIII ad Ecclesiæ clavum ,, sedente, repertis, addita fuerat lamina Bibianæ nomen præferens. Demetriæ autem, Daphrosæque sacris exuviis, non „ longe a Bibiana distantibus, titulus nullus vel immissus fuerat, vel impositus. In disceptatione quidem de reliquiis, ,, quum quæritur, vulgaresne sint habendæ, an cultu dignandæ, ineptum esse argumentum a proximitate ductum aliarum reliquiarum, quæ inscriptione inventur, sanctæque ,, prodantur, non cogor e libris cum molestia, ac curis diuturnis eruere. Nuper enim V. C. Adversarius (§. 64. *huius „ Opusc.*) nos monitos voluit, *Medico Martyri Christi* adiacuisse parvum lapidem, qui de eius nomine, ac morte „ pro Christo obita testimonium ferret; nihil tamen id contulisse ad demonstrandam sanctitatem aliorum corporum, ,, quæ exuvias Medici Martyris quasi sepiebant. Ergo ad conciliandum cultum Daphrosæ, Demetriæque cineribus haud „ profuit titulus cum Bibiana defossus, sed adiumento fuit, „ patere ex historiis, Daphrosæ, ac Demetriæ cineres a Bibiana non valde distare. Quod ut magis sit in aperto, finge „ historiam fuisse mutam de contumulatis Bibianam prope ,, fortissimis mulieribus Daphrosa, et Demetria. Sane, licet „ cum exuviis Bibianæ obtulisset se titulus, qui eas Bibianæ ,, esse doceret, numquam prope repertis aliarum mulierum „ reliquiis honorem impendere licuisset, sed eas iacere opor-

exposuit, pro identitate Reliquiarum S. Augustini, ut ex ipsis, et *ex inscriptione sepulchro D. Augustini appicta*. Ipsius sententia a Benedicto XIII fuit confirmata. (*a*) Habuerunt, ergo traditionem, inscriptiones aliquas, Altaria, Imagines, Laminas, aliaque, adminicula, ex quibus certe, firmiter, evidenter evidentia saltem morali probabatur, identitas illarum Reliquiarum in Positione relatarum. At ea, quae inventa sunt sub Ara Basilicae Assisensis maxima, existimari nequeunt, ut adminicula, aut indicia, ex quibus certe, firmiter, multo minus evidenter probari possit identitas Corporis, seu Reliquiarium Seraphici Patris Nostri Francisci. De loco, de Arca

---

„ tuisset inglorias. Quoniam vero, historicis monumentis si- „ lentibus, a Demetriæ, ac Daphrosæ cineribus cultum ab- „ fore oportuit, at, historia loquente, eos cultu prosequi li- „ cuit; in historia ego, non in titulo prope Bibianam reper- „ to, cardinem causæ, quæ acta est de reliquiis Demetriæ, „ Daphrosæque, constituam „.

(*a*) „ Quum Ticinensem sententiam confirmat Benedictus „ Pontifex (at ego non de Antistitum quorumlibet, sed de „ Romanorum Antistitum iudiciis quoad reliquias mea in *De-* „ *monstratione* sermonem intuli) peculiares rationes recenset „ nullas, quibus fiebat, ne dissentiret a priori sententia. Ac „ licet de inscriptione ad Augustini tumulum, ut narrabant, „ exarata, aliquid decreto suo Episcopus Ticinensis adscripse- „ rit, potuit id ex more illorum facere, qui pro opinione, „ quam probant, nihil allatum, atque excogitatum prætereunt, „ hac ratione se causæ rati optime deservire. Pauci tamen „ acquiescent narrantibus, carbone expressum titulum ab æta- „ te Luitprandi Longobardorum regis usque ad extremum sæ- „ culum XVII affixum mansisse parieti. Nam carbonis partes „ conflagratione interarescunt, et, licet parietibus diu, mul- „ tumque affricentur, brevi avolent necesse est. Adde alia a „ *Muratorio* „ inquirente in testium dicta, ac peritiam, libro „ vulgata. Quæ vidit, expeditque profecto haud solitus ulli „ diligentiæ parcere, et acie acutissima in huiusmodi rebus „ utens, Benedictus XIII. Aliis ergo argumentis causa reli- „ quiarum Augustini apud Benedictum Pontificem stetit; iis- „ que argumentis (quibus exquisitiora postulari non possunt) „ æquis iniquis iudicibus erit semper probata, ac firma „.

saxea, ac de Corpore, etsi alia multa dicere possim, satis jam dixisse, crederem. Quid aliud inventum est?

SAXUM RUDE AC MULTANGULUM

67. Ex hoc rudi saxo, quod inventum est in Arca non parvum pondus probationibus suis ducit Cl. Autore, eo quod Franciscus Pater Noster *pro cervicali ligno, vel lapide utebatur* juxta Thomam Celanensem et Joannem à Ceperano. Utebatur quidem. Moremque fuisse inter Antiquos apponendi in deffunctorum Sepulchris aliqua simbola, aut hieroglyfica, quæ indicarent professionem, virtutes, aut particularia facinora illius, cujus corpus ibi conditum erat, ignorabit nullus, qui Librum 1. cap. 27. Pauli Aringhi, Romae subterranéae, vel lib. de notis et signis Sanctitatis Beatificandorum et Canonizandorum, Fr. Fortunati Scacchi. Proindeque non mihi innsitatum videretur, quod illi qui astiterunt functionibus funereis S. P. N. Francisci, si volebant indicare saeculis futuris mortificationem ipsius, apposuissent in Arca lapidem illum quo communiter et in ultima sua infirmitate usus fuerat pro cervicali. At cum lapis ille, quo S. Franciscus usus fuit in infirmitate, sit in Francia dono acceptus a Rege, censerem, lapidem, seu rude saxum inventum in Arca Saxea, non pertinere ad S. Patriarcam Franciscum. *Quanta nempe (ait ipse Thomas Celanensis lib. 3. Vitae D. Franc. Cap. 1.) in sola Francia Franciscus miracula patrat, ubi ad deosculandum et adorandum Capitale (hoc est, pulvinar, seu Cervical) quo S. Franciscus in infirmitate fuerat usus, Francorum Rex, et Regina, et Universi Magnates occurrunt, . . . et Franciscum Virum idiotam, et verae simplicitatis, totiusque sinceritatis amicum, humiliter et devotissime venerantur, admirantur, et colunt.* Hoc ergo rude saxum nullum, nec parvum pondus addit probationibus Cl. Auctoris. (*a*)

(*a*) „ Qui, quemadmodum Franciscus, saxo utatur pro „ cervicali, huic cervicalium ampla est certe suppellex; nec „ mirum, si de pluribus saxis feratur, ea capiti illius fuisse „ supposita. Sed dicas per me licet uni tantum saxo conti- „ gisse cervice Francisci premi, donec morbo extremo ægro-

68. *Ossa ipsa (inquit Cl. Auctor) sub Altari Assisinatis Basilicae reperta respondere magnitudini Corporis D. Francisci, et aetati, quam ille agebat, quum e vivis ereptus est.* At quid ex hoc ad probandam identitatem? Thomas Celanensis non solum dicit, loco citato, quod S. Franciscus fuit *Statura mediocris, parvitati vicinior*: sed inter alia multa addit etiam quod habebat: *subtile collum, humeros rectos, brevia brachia, tenues manus, digitos longos, crura subtilia, parvulos pedes* ex quo consequitur Ossa Sancti Francisci tenuia ac debilia esse debere, et brevia. At cum Ossa mulierum sint, communiter loquendo, tenuia, debilia, ac brevia, comparata cum Ossibus Virorum, ut dicunt Anatomes Periti: et ex parvitate, tenuitate, et mediocritate judicarunt Periti ad cognoscenda et separanda Ossa Sanctæ Scolasticæ ab Ossibus S. Benedicti, quæ erant in eodem Sepulchro, ut dicit Joannes Ferrandus lib. 2. cap. 2. censerem, ex brevitate ac tenuitate Ossium in loco et Arca saxea inventorum sub Altari Assisinatis Basilicae, non posse certo, et firmiter, sintne hominis adulti, mediæ ætatis et mediocris staturæ; an vero Mulieris, decidi. Consequenterque nec deservit hoc additamentum ad probandam identitatem Corporis S. Francisci. Certum est, Peritos qui Ossa inventa examinarunt, ex pelvi declararunt esse sexus virilis, et ex mensura et tenuitate esse hominis adulti, ætatis mediæ, et mediocris staturæ. Sed fateantur, necesse est, nec a pelvi sumi posse semper certum et firmum Argumentum ad probandum sexum Ossium omni carne carentium, magnisque deceptionibus expositos esse multocies Anatomicos, qui

---

„ tavit, aut etiam donec eo more usus est. Pergam tamen
„ adiumentum meæ causæ ex eo corrivare, quod in Asisina-
„ ti cadavere morem servatum cernimus, qui proprius osori
„ deliciarum Francisco fuit, et alicunde obvius lapis arre-
„ ptus est ad eius demortui cervicem fulciendam. Nam si
„ studium servandæ consuetudinis Francisco usurpatæ non id
„ fieri præcepit; cur cadaveri honestissima ratione condito,
„ ac cum quo argentei nummi, annulus, et electri grana con-
„ sepulta sunt, tam rude cervical suppositum „?

de hac re cognoscunt, ob variam dilationem, aut angustiam, quæ in distinctis Viris, et foeminis, invenitur. (*a*)

FRUSTUM PANNI LANAE

69. *In acie argumentorum nostrorum consistet quoque Vestis, quae sacrum Corpus nuper repertum tegebat, humilitas*, dicit Cl. Auctor. At dicerem: hanc Vestis humilitatem, quae tegebat corpus nuper inventum, convincere, Ossa inventa non esse exuvias, nec Reliquias Corporis Seraphici Patriarchæ Francisci. Nam S. P. Franciscus *in illa infirmitate*, (*inquit S. Bonaventura, in Comment. Vitae Sanct. Franc.*) *tam gravi, quae omnem languorem conclusit; super nudam humum se totum nudatum deposuit; quatenus hora illa extrema, in qua poterat adhuc hostis irasci, nudus luctaretur cum nudo. Decubans*

(*a*) „ Nemo V. C. Adversario crimini tribuet, quod scientia careat eius rei, de qua nunc agitur; immo erit idcirco eius probitas magis spectata, et illustris. Sed quarum rerum imperiti nos, ac rudes sumus, in iis debemus eorum iudicio deferre plurimum, qui per partes, ac munia, quæ in republica sustinent, earum callidi sunt habendi. Quare quum VV. CC. *Anatomen* profitentes, *Romagniolius*, *Rossius*, *Zaccaglia*, *ac Paulius*, quos Episcopi quinque consuluerunt, inspecta cadaveris Asisinatis *pelvi*, de eius virili sexu sententiam tulerint, consurgendum non est adversus eorum iudicium, quos cadaverum cuiusque sexus, atque ætatis sectio de his erudivit. Sive enim cadaveris ossa magna sint, ac robusta, sive parva, ac debilia, tamen ossium eiusdem cadaveris intrinseca comparatio sexum prodit, et exercitatis in labore *Anatomes* viris illustrem facit. Eas comparationes intrinsecas accurate, ac, suppeditatis mensuris, veluti ob oculos constituitur in §. 445. *tomi* 1. *Operis* a *Sommeringio* sapientissime elucubrati, et ex Germanico in italum idioma traducti, hoc titulo: *Della fabrica del Corpo Umano Trattato tradotto dalla seconda edizione Tedesca dal Dottor Pietro Betti. Firenze. Nella Stamperia Piatti* 1818. Ibi autem in *Adnotatione* hæc habes: *Ripping*. Dissert. Animadversiones de Pelvi L. B. 1776. *distingue già la differenza, che passa fra il bacino virile, ed il muliebre* „.

sic in terra, et pulvere nudatus Athleta . . . tandem, completis in eo cunctis mysteriis orans et psallens Vir Beatus obdormivit in Domino. Ex Auctoribus tam Observantium, quam Conventualium constat, Vestem, qua indutum, seu involutum, Corpus S. P. N. Francisci defuncti, et sepultum, non fuisse panni lanæ, sed sericam et pretiosam. Quod ex Chronicis Ordinis refert sapientissimus Benedictus XIV. lib. 2. de Beatif. et Canon. Servor. Dei cap. 12. n. 10. dicens: *Necnon in Chronicis Ordinis S. Francisci Tom. 1. lib. 2. cap. 73. narratur, nobilem Romanam Matronam Jacobam de Septemsolis Divinitus admonitam de proximo obitu S. Francisci Assisium petiisse, et inter cetera secum portasse (tulisse) pro ejus funere VESTEM PRETIOSIOREM: EOQUE DEFUNCTO, CORPUS UNGUENTO inunxisse, et EA VESTE CONTEXISSE, QUAE USQUE ADHUC INTER CETERAS RELIQUIAS IN SACRARIO CONVENTUS ASSISIENSIS EJUSDEM SANCTI FRANCISCI ASSERVATUR*. Corpus S. Patriarchae cum Veste hac preciosa involutum, sepultum, et translatum ad S. Georgium probant Bollandiani ex ipsis RR. PP. Conventualibus: *R. P. Raymundus Missorius (ajunt fol. 395. pag. 1. n. 405.) Ordinis Minorum Conventualium Chronista, in sua Dissertatione MS. de incorruptione miraque Corporis S. Francisci positione scribit: PANNUM SEU VELUM ISTUD SACRI CADAVERIS, EX SERICO CONTEXTUM, AUREISQUE STELLULIS ACU PICTUM AB ILLUSTRI MATRONA JACOBA DE SEPTEMSOLIIS E ROMANA URBE allatum ad curandum Sancti funus; eoque Corpus involutum, ac primo sepultum fuisse*. Fol. 993. pag. 1. n. 394. Ex Rugilo: *Pari religione ibidem (in Basilica S. Francisci Assisiensi) servatur ejusdem (Sanc. Franc.) . . . . . et SYNDON SERICA, QUA CORPUS EJUS INVOLUTUM ET TRANSLATUM EST AD* S. *GEORGIUM*. Hac Veste casu spoliatum et exutum fuisse, dicendum erit, quando transferendum erat ex S. Georgio ad Basilicam, cum ex iis Auctoribus et Chronicis citatis per Benedictum XIV Vestem hanc sericam et pretiosam servari in Sacrario ipsius Basilicæ et ibi magna Religione coli, constet. At mihi incredibile videtur, Corpus Sancti Francisci nondum Canonizati et statim post obitum Veste serica et pretiosa indutum fuisse; et post canonizationem, quando tam memorabili, et maxima pompa transferendum erat, Veste de lana humili et hispida fuisse vela-

tum . Et censeo , cum Cl. Auctore, *esse portenti simile Viro eximio ac Sancto qui Assisii sub Ara Basilicae maxima condi et aliis honoribus affici*, et Veste preciosa indui statim post mortem *meruit* , in die magnificæ exaltationis suæ, *vilem lacernam fuisse circumdatam* . Dicerem ergo, ex Frusto panni invento humili et vili non posse sumi argumentum ad probandam identitatem: sed potius ad eam dissuadendam ; cum ex historiis notum sit Corpora Sanctorum in suis translationibus cooperta et induta fuisse Velis et Vestibus preciosioribus iis , quibus ante deposita fuerant . (*a*)

(*a*) ,, Hoc agit V.C. Adversarius, ut demonstret , Iacobam ,, Septemsoliam vestem parasse non minimi pretii, qua cada- ,, ver Francisci involveretur , eoque in amictu non solum ,, delatum fuisse ad fanum D. Georgii, sed nullo non tem- ,, pore tectum mansisse . Sed Benedictus XIV ab ipso Adver- ,, sario hic allatus de veste illa esquisiti operis a Iacoba pa- ,, rata ,· quaquæ *contexisse* dicitur Francisci *corpus* , tradit : ,, *Usque adhuc inter cæteras Reliquias in SACRARIO CON-* ,, *VENTUS Assisiensis eiusdem Sancti Francisci ASSERVA-* ,, *TUR* . Insuper in Assisinati illam sacrario servari , scri- ,, bunt *Bollandiani* , nixi *notitiis MSS.* quas Conv. Patres ,, cum illis amice communicaverant. Aiunt enim in *Comm.* ,, *Præv. num.* 634. *In notitiis M. SS. Patrum Conventualium* ,, *sæpe allegatis , at allegandis , dicitur Iacoba illa credi nupta* ,, *fuisse nobili viro Sancio Frangipani etc. ac denique pretio-* ,, *sus pannus sacro Francisci cadaveri involvendo ab ea alla-* ,, *tus , ex perpetua traditione ibidem INTER SACRARII* ,, *RELIQUIAS hactenus SERVARI*. Cur ergo mihi odiosus ,, est, ac molestus de veste a Septimsolia parata , quasi ea ,, nunc oporteat D. Francisci amictum esse cadaver ? An utru- ,, bique esse poterat , in sacrario Basilicæ scilicet , et in lo- ,, culo , sanctissimis Patriarchæ Minorum artubus circum- ,, plicata ?

,, Perperam ergo *Missorius* a Septimsolia allatum amictum ,, impositum fuisse scribit sancto cadaveri , *eoque corpus in-* ,, *volutum etc. primo sepultum fuisse* . Credam , a Franciscali- ,, bus impetrasse Iacobam , ut in eo , quem ipsa paraverat , ,, amictu ex æde Portiunculana deferretur sacrum cadaver ,, ad Georgii fanum . Erat sane inconcinnæ rusticitatis , mu-

NUMMI

70. Quamvis nihil inventum esset ad improbandam identitatem, præter denarios, pecunias, seu Nummos; sufficiebant ii, Nummi, qui inventi sunt in Arca Saxea ad suaden-

---

„ nus nobilis matronæ, profectum a pietate in Franciscum,
„ omnino respuere, nec saltem ad breve tempus illo uti ad
„ eius membra velanda. Quod si Francisci cadaveri nullo
„ tempore ea vestis fuisset circumdata, haud sane illa mere-
„ batur *inter sacrarii reliquias*, ut aiunt *Bollandiani*, *serva-*
„ *ri*. Verumtamen, expleto hoc in Iacobam urbanitatis offi-
„ cio, ac priusquam in templo D. Georgii terræ mandaretur
„ Francisci cadaver, pomposa veste fuit exuendum, et, ut
„ decebat paupertatis amicum, crasso amictu, spretoque in-
„ duendum. Is enim non suæ solum vitæ, sed etiam funeri
„ suo sociam, ac comitem paupertatem præoptavit,

„ *Ed al suo corpo non volle altra bara*;

„ ut a *Dante Aligherio* verissime scriptum. Iam si Francisci as-
„ seclæ Francisci votis obsecundarunt, et paupertatem ei adama-
„ tam in eo sepeliendo violare non ausi arcam rudem e vulgari
„ saxo eius corpori tegmen dederunt, atque item eius capiti
„ saxum rude, asperumque subiecerunt quasi pulvinar; po-
„ tuerunt non ei rudem vestem, qua vivus delectabatur, im-
„ ponere? Velim legentes repetant *meam Demonstrationem*
„ *pag.* 80 §. 68, *et* 69 ut intelligant, quam præpostere Ad-
„ versarius agat, dum quædam recitat ex §. 68, non tamen
„ apponit, quæ §. 69 sequuntur, meumque sensum decla-
„ rant. Qua ratione dum sese gerit, dumque meam oratio-
„ nem decurtat, ac mediam secat, id elicit, me cum ipso
„ mirari, Francisco vilem lacernam fuisse circumdatam;
„ quum totius meæ orationis sensus sit, in cuiuslibet viri
„ eximii cadavere id monstri simile videri posse, non autem
„ in Francisco, qui, postquam se totum Christo, ac Chri-
„ stianæ severitati, addixit, sibi abiectissimas vestes optavit.
„ Doleo sane legentes falsa meorum sensuum expositione cir-
„ cumveniri, meque per ora hominum quasi stolidum, trun-
„ cumque traduci, perinde ac si meum propositum lædentia,
„ mihique adversantia constituam „.

dum, Ossa et Cineres in ipsa contentos non esse Reliquias S. P. N. Francisci. Quae conjunctio Francisci cum denariis? Quid Francisco horribilius, quam pecuniæ? (*a*) Quid Francisco

---

„ Quoniam hæc Adnotatio nos in sermonem de *Iacoba* „ *Septemsolia*, benemerita de Francisco matrona, attraxit, „ non ab re erit monere, non eam *Sancio*, ut *notitiæ Conventualium MSS. a Bollandianis* allatæ, docebant, sed *Gratiano Frangipanio*, seu *Frajapanio* olim connubii iure fuisse coniunctam. Id habeo ex documento, signato nota anni MCCXVII, et quod *Muratorius* attexuit *Dissertationi* 10. „ *Antiq. Ital. Med. Æv.* in quo *Iacoba* sic loquitur. *Ego quidem Iacoba uxor quondam Domini GRATIANI Frangipani, mater, et tutrix Iohannis, et Gratiani filiorum meorum* „ *etc. renuntio et refuto tibi Domino Sinibaldo, DOMINI HONORII PAPÆ Camerario etc. omnem litem, et petitionem,* „ *quam Domino Papæ feci, vel facere potui, ac possem, videlicet, de toto debito, quod Dominus Gratianus vir meus* „ *in Castro Nymphæ habuit*. Tempus, nomen Iacobæ, Pontificatus Honorii III, quo vivo Franciscus decessit, non sinunt nos ambigere, Iacobam, nuptam uni ex Frangipaniis, „ quæ vestem ad tegendum Francisci Cadaver attulit, fuisse „ hanc Iacobam, quæ nuptui tradita *Gratiano*, quæque anno „ MCCXVII hoc documento orba viro narratur, resque filiorum gerit.

(*a*) „ Immo nihil est oratione ista horribilius, quæ cum „ Francisco, aut cum alio quovis Sanctorum heroum pecunias condi, rem esse dicit horribilem. Usus ego *Passerii*, „ ac *Lupii* ratiocinatione, aut exemplis pro axiomate statui, „ *res conditas in sepulcris, quæque humanorum reliquias corporum decorant, haud semper fuisse ex iis, quæ defuncti in* „ *deliciis haberent, sed quæ potius ii ducerent expetenda, qui* „ *munusculis vita functos afficerent*. Hæc *Demonstrat. pag.* „ 56, *et seq.* At *pag.* 61. monui *non muneris semper causa* „ *cum Christianorum exuviis contumulatas pecunias, verum id* „ *aliquando factum, ut iis inspectis, deprehendere aliquid liceret de tempore, quo ille cum pecuniis conditus mortalis* „ *obierat*. Ibi nonnulla addidi de *inscriptionum exarandarum* „ *adempta facultate ob trepida tempora, atque tumultus*; et „ *dolendum tituli desiderium aliquando ex parte sarcire appo-*

amabilius, quam arctissima et summa paupertas? Quid expressius in sua Regula sectatoribus suis, quam, quod non reciperent denarios, nec pecuniam? Scio, olim *morem extitisse, ut in Imperatorum, ac Regum, Virorumque nobilitatis aut dignitatis merito præcellentium monumentis ingens auri, argentique copia, aut pretiosum quid simile una cum corporibus includeretur*, ut ait Paulus Aringus lib. 1. cap. 27. Romæ subterr. fol. 274. Ex ipso lib. 3. cap. 22. constat: *Innotuere inter perscrutandum Coemeteriales tumulos, antiqua ipsorum Imperatorum Numismata, quae in exteriori interdum sepulchrorum eorumdem ambitu, interjecto calcis glutino, affigi consueverant. Verum (ipse Auctor ubi prius) Christiani ipsius Christi exemplo, humilitatis, ac paupertatis studio addicti ab ipso Ecclesiæ nascentis exordio sepulchrales ritus apprime edocti, haud unquam in defunctorum sepulchris aurum, ac gemmas reponebant*. Ex quibus omnibus *dicerem Nummos inventos in Arca sub Ara Basilicæ maxima potius alicujus Imperatoris, Regis, aut Viri divitis et potentis exuvias illas esse*, quam humillimi et pauperrimi Francisci. Nullius virtutis Seraphici Patriarchæ simbola esse possunt hujusmodi monetæ, sive nummi. Nec alio meliori signo, uti possunt homines ad significandum alicujus avaritiam, aut inordinatum divitiarum amorem, quam denarios, nummos, et pecunias in ejus sepulchro cum cadavere sepeliendo. (*a*)

„ *sitos cadaveribus nummos*, constitui. Hæc a me constituta non „ evertere, et tamen contendere, nummos, et Francisci cada- „ ver componi, atque uno in loco morari non posse, (pace „ Viri Amplissimi dicam) hominis est verba verbis utcum- „ que cumulantis, sed controversiæ agendæ legitimam ratio- „ nem obliti.

(*a*) „ Loculis tamen Christianorum, eorumque non vul- „ garium hominum, sed aut Pontificum, aut Heroum, qui „ pro Christo vitam proiecerint, immissos nummos fuisse, „ vel ex uno *Boldetto* haustis exemplis, conficitur. Primum „ exemplum præbet Caii Pontificis detectum Romæ cadaver, „ Gregorio XV Ecclesiam regente. Illud prope tria numisma- „ ta Diocletiani imagine signata iacebant; *e due delle monete* „ *di Diocleziano* (ita *Boldettus* in Opere sæpius *cit. lib.* 1. c. „ 22.) *si conservano con alcune poche reliquie del santo nella*

71. Cl. Auctor hanc sociandi Corpus Sancti Francisci cum Nummis difficultatem absdubio cognovit; eamque ut salvaret *ipsos*, *aut ex devota oblatione*, *vel ad indicandum tempus*, *quo obierat*, *in ejus sepulchro nummos depositos fuisse*, *suspi-*

„ *Chiesa di S. Maria in Vallicella*. Alterum exemplum est
„ Martyrum, in Æde Agrippæ, quæ nunc *S. Mariæ ad Mar-*
„ *tyres* dicitur, conditorum, quique sub altari illius templi
„ præcipuo non exiguæ molis ara clauduntur. Quum Anno
„ MDCLXXV novam elegantioris operis aram excitari placuis-
„ set, erruderato veteris altaris fundamento, *fu ritrovata una*
„ *cassa di piombo con i Corpi de' SS. Rassio*, *ed Anastasio*,
„ *ed altre Reliquie etc. Vi furono trovate sette ampolle di san-*
„ *gue*, *e tre monete di metallo antiche etc.* Quæ *Boldettus* ha-
„ bet *ibid. c.* 31. Denique *lib.* 2. *c.* 20 narrat de Ursula, eius-
„ que sociis in agro, qui olim extra Coloniam porrigebatur,
„ sepulturæ datis, subditque: *a luogo a luogo infra i corpi*
„ *stessi si trovano vasi di vetro*, *e di terra cotta col sangue*
„ *etc. anche gli strumenti*, *che servirono al glorioso loro mar-*
„ *tirio*, *e qualche moneta cogl' impronti di Domiziano Augu-*
„ *sto*, *e di Marco Aurelio Antonino*.

„ Operæ pretium est, sed tamen iniucundum, et cum
„ animi dolore coniunctum videre, ut æstuet, sudet, et mo-
„ do huc, modo illuc Adversarius excurrat, ut ne fateatur,
„ Asisinates exuvias iure a nobis Francisco adscribi; simul-
„ que animadvertenda est inconstantia illius iudicii, quum,
„ remoto Francisco, quærit, quis homo ille fuerit, cuius ca-
„ daver in Asisinati hypogæo conditum. *Dicerem etc.* hic ait,
„ *alicuius Imperatoris*, *Regis*, *aut viri divitis*, *et potentis exu-*
„ *vias illas esse*. At §. 62. *huius Opusc. in fin.* de regibus ni-
„ hil, nihil de imperatoribus suspicabatur, sed de aliquo per-
„ duellium in Pontifices populorum duce movebat aliquid.
„ Scribebat enim: *Et quis dubitare non poterit*, *an illa ne-*
„ *fanda perversorum suggestio etc. intentaverit contra cadaver*
„ *illius Sancti etc. et*, *sublato illius corpore*, *aliud* (supple:
„ *subiecerit*) *alicuius ex illis Primoribus*, *quorum impulsu re-*
„ *bellaverant?* Nuper vero nonne expendimus eam Adversarii
„ sententiam, expressam §. 68. *huius Opusc.* de qua conqueri
„ satis, ac vociferari non possumus: *Censerem ex brevitate*,
„ *ac tenuitate ossium in loco*, *et urna saxea inventorum sub*

cari posse, *dicit*. *fol.* 61. (*a*) Sed, quæ in translatione S. P. Francisci occurrerunt circumstantiae, et recognitio Nummorum inventorum facta a viris eruditis non permittunt suspicari ex ulla illarum causa depositos fuisse in sepulchro S. Francisci. Nam nec Arca, in qua custodiebatur Sacrum Corpus, aperta fuit, quando pervenit ad Basilicam, nec tumultus et terribilis confusio, quae accidit in translatione permiserunt devotas oblationes fieri. (*b*) Et de Nummis, licet negari non possit,

---

„ *altari Assisinatis Basilicæ*, *non posse certe*, *ac firmiter sintne* „ *hominis adulti*, *mediæ ætatis*, *et mediocris staturæ*, *an ve-* „ *ro mulieris decidi?* Quid facias homini, tam exulcerati in „ nos, ac causam nostram animi, ut reliquias humani cor- „ poris, inventas sub ara maxima templi Christiani, ad exci- „ piendas Francisci exuvias a fundamentis extructi, atque in- „ super in loco post aræ edificationem nunquam certe atten- „ tato, et in quo Francisci corpus quiescere traditio, Ponti- „ fices, ac luminarium honor ostendunt; quid, inquam, ei „ facias, qui ibi inventas reliquias alicui factioso potius, aut „ profligati pudoris mulierculæ, quam Patriarchæ Francisca- „ lium sanctissimo tributas velit?

(*a*) „ *Devotam oblationem* pro *pia oblatione* nullibi dixi, „ nec facile dicam; et eo in sensu utentes loquutione *obla-* „ *tionis devotæ* devoveo „.

(*b*) „ Nummi (idem de annulo, ac monilibus cum sacro „ cadavere repertis putandum est) congeri ad illud potuerunt „ vel quum iacuit in Æde Portiunculana, ad quam nocte illa „ ipsa, qua Franciscus decessit, maximos hominum concur- „ sus factos esse probavimus *Demonstrat. pag.* 4. *et seqq.*; vel „ postero die noctis illius, quum pervenit cadaver ad fanum „ D. Georgii, quumque iusta, et solemnia sanctissimo exuvio „ soluta sunt, *ibid. pag.* 7. Quæ quidem munera, si eidem „ accessere, quum adhuc in arca lignea iaceret, deinde cum „ cadavere in arcam saxeam traduci oportuit. Prætcrea donis „ honestari potuerunt Francisci reliquiæ, posquam ille Divis „ additus est a Gregorio, qui, ut crebro ex *Stadensi* inculca- „ vimus, tunc *sanctum corpus levavit de tumbu*. Arcam, com- „ plectentem Francisci exuvias, a Gregorio constitutam fuisse „ excelso in loco, et omnibus pervio, docent, quæ fuse di- „ sputavi ad §. 25. *huius Opusculi*. Eo quidem tempo-

antiquitus interdum imperatorum Numismata sepulchris recondita fuisse; eorum videlicet sub quibus eorumdem (Martyrum) aut mors, aut certe martyrium obvenerat, ut ait Aringus in primo loco citato: tamen *ex iis Monetis, aut Nummis, qui inventi sunt nec dies, nec tempus mortis illius, cujus Ossa ibi sunt cognosci haud possunt*. (*a*) Sed exscribere convenit,

---

„ re, ne aliquid demeretur furto e Francisci reliquiis, solo
„ eductis, et ad quas licebat accedere, additum arcæ puto fer-
„ reorum clathrorum, ac laminarum munimen. (Confer
„ *Demonstrat. pag.* 78.) Sed tamen nihil eorum donariorum,
„ quæ Francisci corpori iniecta sunt, ea mole constat, ut ne-
„ quiverit clathrorum foramina permeare. Quumque post in-
„ dultos Francisco Cælitum honores, eius reliquiæ in templi
„ D. Georgii loco pervio iacuerint integro ferme biennio; quan-
„ ta, ac quam diuturna donorum inferendorum opportunitas!
„ Denique quum reliquiæ Francisci abstractæ sunt e D. Geor-
„ gii fano, ut in Basilicam traducerentur, potuerunt mune-
„ ribus decorari. Quænam illæ loricatæ cohortes, ac telis in-
„ structæ, quæ arcam onustam sanctis exuviis eo tempore
„ circumsteterunt? Homines tibi fingis ex inculta aliqua bar-
„ baria, et pietatis in Franciscum nescia? Sed illi ad unum
„ omnes Asisinates cives splendidissimi, non ab ulla re ma-
„ gis, quam ab obsequio, ac studio in Franciscum nobilita-
„ ti, quique non alio consilio in armis tunc sese ostentabant,
„ nisi ut Francisci corpus tuerentur, et externorum manus ab
„ eo repellerent. Rem incredibilem dicas, ab aliquo ex iis,
„ qui feretrum suo stipatu concluserant, civibus Asisinatibus
„ longe pientissimis, affectas donis fuisse sacras exuvias; aut
„ porrecta ab aliis munuscula accepisse illos, in arcamque
„ coniecisse? Quum vero tot opportunitates fuerint nummos,
„ monilia, annulum ad Francisci corpus iaciendi; quis non
„ miretur, V. C. Adversario, ingenii acumine præpollenti,
„ nullum aditum eorum inferendorum ostendi? „

(*a*) „ Nimium præsidii atque emolumenti a nummis cum
„ cadaveribus repertis optat sibi Adversarius, quum optat *diem*,
„ quo obierit cum pecuniis contumulatus homo vel mulier,
„ ex inspectione nummorum deprehendi. Quia enim horum
„ usus non unius diei est, sed annorum plurium; numquam
„ licebit obitum eius viri, aut mulieris intra tam angustos

quod Viri eruditi de iis Nummis tulere judicium, ut ad fol. 61. n. 48. Positionis continetur. *Le tre Monete (dixerunt sapientissimi Vermigliolius ac Frondinius) esaminate (quibus deinde octo alii nummi accesserunt, de quibus idem tulere judicium) si sono riconosciute essere d'argento, e sono tre dei così detti Bolognini d'argento delle Zecche urbiche italiche, ch'ebbero corso anche in questi paesi dal Secolo Undecimo al Decimoquinto. La densa patina verde, che le ha ricoperte, non permette distinguerne la Zecca, leggerne le iscrizioni, e riconoscerne i tipi; ma egli è certo, che sarebbe inutile ivi ricercarne l'epoche in dettaglio, giacchè monete di questa qualità e di queste fabriche non contengono nè epoche, nè nomi di principi (aliena Verba refero) giacchè sono monete autonome (id est ab Urbibus cusae, quae Autonomiam adeptae) e di epoche repubblicane per le Città di Italia etc. Che poi le indicate monete siansi trovate nell'Urna, che noi jeri abbiamo creduto aver servito anche ad uso pagano (quam sententiam superius expendimus) non possono generare alcuna difficoltà onde esser certi (forte legendum: Onde non esser certi) che le spoglie mortali ivi rinvenute siano d'un Cristiano, poichè le monete stesse sono interamente d'epoche cristiane etc.*

72. Ex hoc Peritorum judicio constare, mihi videtur, Nummos inventos esse de illorum classe qui percussi in Zeccis Urbium Italiæ, utebantur a saeculo Undecimo usque ad Decimum quintum. *At non constat, cunctos Nummos inventos percussos fuisse ante obitum D. Francisci*, (a) nec constat quod

---

„ temporis fines concludere, ut dies obitus ex nummis discatur. „ Non hoc tamen deterruit veteres, quominus cum spoliis vita functorum pecunias obruerent, præsertim quum exarandi tituli facultas abesset; putaruntque satis utilitatis a nummis duci, si, non arcte, sed tamen aliqua ratione subducto calculo, liceret ex iis deprehendere aliquid de ætate viri, aut mulieris consepultæ.

(a) „ Viri Amplissimi in nummaria supellectile ætatum omnium versanda a pluribus annis intenti, *Carolus Fea, et Alexander Viscontius* eximent adversario scrupulum, qui illum „ sollicitum habet; et ea, qua eminent in cœtu litteratorum, „ eruditione docebunt, nummos Asisinati cadaveri adiacentes „ *Lucæ* fuisse percussos *post annum a Christo MCLXXI*, nec

iis Nummis uterentur Assisiates tempore obitus Sancti Viri. Hi Nummi, seu Monetæ sunt Oligarchici seu republicani. A sæculo Undecimo ad Decimum Quintum, fuerunt in Italia multi status republicani: multae Civitates rebellarunt se contra legitimas Potestates et Principes et stabilierunt Oligarchiam. Ante dimidium sæculi quarti decimi Perusini et Assisiates rebellarunt se contra Summum Pontificem; sed victi fuerunt a Cardinali Ægidio Albernotio: ad ultimum ipsius sæculi, et initium Decimiquinti, *Universitates Civitatum Perusinae, Assisinatis, Bastita, terrae ac Castra Spelli, et aliae, insurrexere iterum contra Papam et Ecclesiam Romanam: in vilipendium et contemptum Pontificis et S. R. E. delerunt ignominiose arma et insignia Pontificum et ipsius S. R. E. de frontespiciis et Palaciis suis. Et invalescente praefatorum sceleratorum*

„ *certe serius anno MCCVIII.* Quibus e documentis demon-
„ strationem suam tam accuratam extuderint, patebit com-
„ mentationem percurrenti, cui Critici certissimi suum de his
„ nummis iudicium consignavere. Extat in *Additam. ad Append.*
„ *Documentor. sive Novo Summ. Num. 6. Lit. B.* Desinat er-
„ go Adversarius illud nobis exprobare: *Non constat cunctos*
„ *nummos inventos percussos fuisse ante obitum D. Francisci.*
„ Quum enim omnes eiusdem ætatis, officinæ, structuræ, at-
„ que artificii sint, ut viderunt etiam VV. CC. *Vermigliolius*
„ *ac Frondinius*, qui quod ærugine opertos intuiti sunt, cæ-
„ tera nequiverunt satis presse definire; quumque non serius
„ anno MCCVIII conditi dignoscantur; et de Francisco con-
„ stet, evolasse illum e corpore anno MCCXXVI; nemo iam
„ negaverit, omnes sacro cadaveri appositos nummos ante obi-
„ tum D. Francisci fuisse percussos.

„ Quamquam in hoc ipsa demonstratione exigenda Ad-
„ versarius nimio nos onere prægravavit. Iure quidem, et non
„ inhumane poposcisset demonstrari sibi, conditos fuisse haud
„ serius anno MCCXXX, quum sacrum exuvium in Basilica
„ quievit. Sed dum poposcit ostendi; haud ætatis serioris
„ esse anno MCCXXVI, ius suum prætegressus fuit, et se-
„ veritatem plus æquo protraxit. Verumtamen insperatum se
„ bonum nobis ex erudita, ac nupera inspectione eorum nu-
„ morum effudit; ut nimirum possemus, plus æquo petenti
„ plus ipsa petione persolvere „.

suggestione nefaria tam Perusinae et Assisinatis Civitatum, quam terrarum Bastiae, Castrorum et locorum hujusmodi, Universitates, ac singulares eorumdem Personae animo perstiterunt in rebellione damnabiliter indurato, fuerunt declarati conspiratores, rebelles, rei laesae majestatis, excommunicati, et anathematizati, ut constat ex Bulla Bonifacii IX jam citata. Stabilierunt gubernium republicanum, et sicut ignominiose cripuerunt ex Palaciis insignia Pontificuum et S. R. E. ita et Nummos et monetas insignibus, imaginibus, et inscriptionibus Papalibus, et Ecclesiasticis eos abjecisse et conculcasse absdubio credibile fit, utentes tunc temporis solum Nummis et Monetis Oligarghicis ab ipsis Perusii aut Assisii cusis, vel Bononiae, quae etiam rebellaverat se eodem sæculo fraudibus et impulsu Barnabonis, qua de causa forte vocabantur Bolognini.

73. Nescio, an temeritatis nota culpandus essem, si dicerem; ex iis inferri posse, Civitatem Assisiensem, ejusque singulares personas republicanas fuisse, quando Cadaver, quod inventum est in arca saxea sub ara maxima Basilicæ, in Ossa et Cineres, resolutum, in ipsa cum nummis republicanis conditum fuit. Nam si tunc temporis Assisienses et Civitas erant subjectæ Summo Pontifici et Ecclesiæ Romanæ, nummi contumulati cum cadavere invento, ut, illis inspectis, deprehendere liceret aliquid de tempore, quo ille cum dictis nummis conditus obierat, non republicani, sed pontificii et Ecclesiastici fuissent, et insignis, et immagine Pontificis, tunc regnantis, constarent omnes, necnonque et inscriptione; cum ad hoc demonstrandum deserviant monetæ et nummi: et ideo Christus Dominus, quando Pharisæi ostenderunt *Numisma census, et obtulerunt denarium: dixit illis? Cujus est Imago hæc, et superscriptio?* At inutile esse, in nummis et monetis inventis, de quibus agitur, quærere epocham, inscriptionem, aut nomen Principis. Viri eruditi Vermigliolius, ac Frondinius declararunt, *quia sunt monetæ autonomæ epochæ republicanæ Civitatum Italiæ.* Universitas ergo Civitatis Assisiensis et singulares ipsius personæ republicanæ erant, quando cadaver, cujus Ossa inventa sunt cum monetis republicanis, conditum fuit in arca saxea, si non fallor: quando S. P. N. Franciscus excessit e vita, et quando Corpus ejus ad Basilicam translatum fuit, Civitas Assisiensis non republicana, sed Summis Pontificibus et S. R. E. subjecta, quorum nummi et monetæ sunt semper imagine, et superscriptione ipsorum, ac epocha signa-

tæ: censerem ergo, monetas et nummos, de quibus sermo est, fuisse potius conditos in illa arca saxea cum cadavere ad significandum illum, cujus cadaver erat, fuisse adjectum factioni, et parti republicanæ, quam ad indicandum tempus obitus S. P. N. Francisci. (*a*)

(*a*) „ Iudicium, quod de nostris nummis tulerant, inspecta „ tantum eorum mole, *Vermigliolius*, atque *Frondinius*, id „ habebat: *Sono monete autonome*, *e di epoche republicane* „ *per le città d' Italia*. Detracta autem innata nummis crusta, „ deprehenderunt nuper *Viscontius*, ac *Fea*, cusos esse Lu„ cæ, nomenque, immo fortassis et *monogramma* præferre „ *Einrici Imperatoris*. Iam ergo confidere licet, Adversarium „ remissurum aliquanto de iracundia, qua fertur in Asisina„ tes eius ætatis, qua sepulcro mandatum est cadaver, de „ quo disceptamus. Nequissimos mortalium, et in Romano„ rum Pontificem rebelles putabat ea tempestate, qua cadaver „ obtexerant tumulo, ea impulsus causa, quod liberarum ci„ vitatum uterentur nummis. Pronunciarant enim *Frondinius*, „ ac *Vermigliolius* illa tantum: *sono monete autonome*, *e di* „ *epoche republicane per le città d' Italia*. At eos, qui cada„ ver illud sepulcro mandarunt, non abhoruisse ab unius re„ gimine, fidem facit, oris nostrorum nummorum *Imperatoris* „ *Henrici* nomen adscriptum.

„ Sed tamen abiicendus est Adversario, et a se arcen„ dus error, quo imbutus putat, ex pecuniis quæ aliqua „ ætate in urbibus Italiæ tererentur usu, dignosci posse, „ quod regimen illæ probarent, ac cui subessent. Tam „ alte insedit Viro cæteroquin docto inconsulta huiusmodi opi„ nio, ut arbitretur, non aliis nummis Asisinates uti potuisse, „ quo tempore cadaver sanctum sepultura affecerunt, nisi „ Pontificum Romanorum prelo percussis, siquidem eo tem„ pore in Romanorum Pontificum fide, ac potestate mane„ rent. At vero qui Italicas antiquitates calleat pro certo ha„ bebit, nullum fuisse pecuniæ genus aut in ipsa Italia, aut „ in Anglia, Germania, Gallia cusum, quod apud Italos per „ ea tempora non circumferretur, quoque Itali non in emen„ do, vendundoque uteretur. Certe promiscua, omniumque „ gentium pecunia usos constat ipsos Romanos Pontifices Gre„ gorium IX, atque Innocentium IV, qui paulo post deces-

74. *In puellarum sepulchris, earum quandoque discriminalia et iocularia quædam his similia, quæ illis dum viverent, in*

„ sum Francisci gubernaculis Ecclesiæ admoti sunt. Id licet „ ex legitimis monumentis intelligere, quæ sparsim edita a „ *Muratorio* in *Dissertationibus* 12., *et* 28. *Antiq. Ital. Med.* „ *Æv.* in hanc rem colligemus. Deprompta autem sunt omnia „ ex *Cenci Camerarii* satis noto *Regesto*. Anno MCCXXXII, „ *Iohannes de Columna Cardinalis* fatetur sibi solutas *a te* „ (verba documenti sunt) *Caponigro Provenzano Mercatore* „ *Senensi, socio Bobonis Ioannis Bobonis Camsoris Domini* „ *Papæ, solvente vice, et NOMINE DOMNI GREGORII* „ *PAPÆ IX, septuaginta marcas bonorum, novorum, et le-* „ *galium STERLINGIORUM*; qui numi Gallis, Britannis- „ que usui erant. Item *et viginti uncias boni, et legalis auri* „ *TARENORUM REGNI SICILIÆ ad pondus Romanum.* „ Item *et ducentas et viginti libras bonorum PROVENIEN-* „ *SIUM* Senatus. Nummos autem ita appellatos liquet ab ur- „ be Galliæ *Provino*, quæ ob nundinas olim ibi frequentissi- „ mas magni nominis erat, quæque prima illud pecuniæ „ genus feriit.

„ Eodem anno MCCXXXII idem *Columna Cardinalis* „ alio penes Cencium diplomate fatetur *nobis plane, et inte-* „ *gre satisfactum a te Caponigro de Senis NOMINE DOMI-* „ *NI PAPÆ* (Gregorii IX) *et Romanæ Ecclesiæ persolven-* „ *te centum, et octo UNCIAS AURI REGIS, et dimidiam* „ *ad pondus Romanum.* Infra autem mentio est *Proveniensium*, „ de quibus actum in diplomate superiori.

„ Rursum eodem anno MCCXXXII *Gregorius IX*, ab „ *Oddone de Columna* emit *totam, et integram* eius *par-* „ *tem Roccæ, et Castri Paliani, et Roccæ, et Castri Serro-* „ *nis etc. Pro qua venditione etc.* fatetur *Oddo* se *habuisse*, „ *et recepisse etc. quadraginta LIBRAS bonorum denariorum* „ *SENATUS*.

„ Anno MCCXXXIV *Gregorius IX* emit *Castrum mi-* „ *randæ*. Qui eo potiebantur, *confitemur*, inquiut, *nos no-* „ *mine pretii recepisse a vobis Domino Alatrino, solvente pro* „ *ipsa Ecclesia Romana, sex millia LIBRARUM LUCEN-* „ *SIUM*.

S 2

delitiis fuerant, *servanda inferebantur*; *et hæc quidem superadditis etiam numismatibus semel*, *atque iterum intra coemeteriorum sepulchra inventa sunt*: ait Arrighus lib. 2. cap. 22. Rom.

„ Gregorio IX successor est datus Cælestinus IV, cuius „ pontificatus quum intra dies paucos exactus sit, nihil in „ promptu est addere de illius contractibus, pecuniaque in „ illis adhibita.

„ At, Innocentio IV ad supremam deinde sedem eve- „ cto, annoque decurrente MCCXLVII, actum video de quo- „ dam censu, quem Romanæ Ecclesiæ debebat *Raymundus* „ *Petri*, *Dominus Castri de Agantico Magalonensis Diæcesis.* „ Agebat autem Pontificis in hoc negotio partes *Frater Blan-* „ *cus de Ordine Fratrum Minorum*, *Nuntius Domini Papæ* „ *pro Ecclesia Romana*, petebatque a Raymundo *annuum cen-* „ *sum trium MARABUTINORUM ANFUSINOAUM*; quam „ pecuniam apud Hispanos iis temporibus fuisse usurpatam, „ novit profecto Adversarius, ad patrias regiones pertinentium „ rerum scientia instructissimus. Nec abnuit Raymundus tandem „ de petito censu; ut habet documentum a *Cincio* servatum.

„ Idem Innocentius, tradidit anno MCCLIII *Episcopo* „ *Castrensi etc. Castrum de Arsa cum Rocca etc. Feudi no-* „ *mine perpetuo possidendum*; ea tamen lege, ut Episcopus „ quotannis penderet censum Romanæ Ecclesiæ *duorum AU-* „ *GUSTARIORUM AURI*, *vel viginti SOLIDORUM SENA-* „ *TUS*. Quid autem Augustarii; vel Augustales nummi? Non „ aliud nisi nummi percussi a Friderico II, ut ex *Ioanne Vil-* „ *lanio Muratorius* hausit.

„ Circa XII sæculi exitum, ac XIII initia compactus est „ *Liber censuum Romanæ Ecclesiæ*, non uni certe eius *Ca-* „ *merario* debitus, sed variis additamentis locupletatus. Ibi „ primum de censibus agitur, quos ab ipsa urbe Roma Pon- „ tifex percipiebat, atque ita expressum:

„ *In Civitate Romana. Ecclesia Sancti Aegidii iuxta por-* „ *tam auream*, *unam unciam MALEQUINORUM* (quod nu- „ mi genus italicumne, an arabicum sit, difficile est nosse) „ *singulis annis etc.*

„ *Ecclesia Sancti Michaelis iuxta Palatiolum duos solidos* „ *LUCENSIS MONETÆ etc.*

„ *Quicumque tenebant Turrim*, *quæ est in capite Pontis*

subt. Nec mihi difficultas est quod aliqua ad mundum muliebrem pertinentia inferantur in sepulchris Virorum Sanctorum, vel ex devotione, et pietate, vel alia de justa causa: sed cum

---

„ *Iudæorum*, *secundum antiquitatem* UNUM MARABOTI-
„ NUM *solvebant Ecclesiæ Romanæ*.

„ *Ecclesia Sancti Abba Ciri* UNUM MARABOTINUM.
„ Ex his quæ attulimus duo sunt, quæ non invita, ac coacta, sed sponte fluunt. Primum quidem multa pecuniarum genera per Italiam sæculo XIII fuisse circumlata, et in contractibus adhibita. Deinde, ipsos Romanos Pontifices non habuisse pecuniæ genus, quod aliis pensitare solerent, aut sibi pendi vellent, sed usos esse in dando, atque accipiendo pecuniis urbium, ac regnorum quorumlibet; ne exceptis quidem nummis Romani Senatus, quocum plerumque dissidebant, ac Friderici II, de Ecclesia tam male promeriti. Ea quoad pecunias ratione si gerebant se Pontifices, sique omnes nullo discrimine habebant, numquid alia via incederent eis vel addictissimi populi? Quidquid ergo nummorum cum Asisinati cadavere conditum sit, non illinc colligere licet, quo sensu in Romanos Pontifices ille fuerit, cuius in Asisinati Basilica reliquiæ conduntur, nec qua essent in eosdem Pontifices fide, qui cadaver sepulcro mandarunt. Attamen Adversario, Viro felici, beatoque, suffecerant nummuli, ut funerati hominis, ac funerantium consilia, mores, cogitationesque, in cordis intimo recessu latentes, ad liquidum cerneret.

„ Miretur fortasse aliquis (Adversarius certe miratur) post ævi illius documenta percursa numquam nobis mentionem occurrisse nummorum, qui a Pontificibus Romanis editi. At enim constat multis ante obitum Francisci sæculis ius exercuisse Pontifices nomine suo signandæ, ac feriendæ pecuniæ. *Garampius* quidem *Cardinalis*, harum rerum optimus disceptator, *de num. Argent. Bened. III cap.* 5. *num.* 2. *Quinquaginta circiter*, *inquit*, *eorum* (Pontificum) *denarii ab octavo ad undecimum sæculum percussi hactenus lucem viderunt*; *duodecim alios hactenus ignotos præsenti Dissertatione nos primum evulgamus*. Sed licet duo, et sexaginta Romanorum Pontificum nummi partim in *Garampii* manus inciderint, partim eius notitiam non subterfugerint, alii etiam

arca saxea semper clausa supponatur, quandonam, et quomodo fieri potuerit, dubium est. (*a*)

ANNULUS.

75. Annulus summæ, aut maximæ, authoritatis insigne fuit apud gentes quam plurimas ex historiis prophanis et divinis. Alexandrum Magnum credidisse annulum suum Perdiccae refert Quintus Curtius, et ex hoc, inquit, censuerunt, successorem suum eum designasse. Populus ita loquitur apud Aristophanem: redde mihi annulum: neque amplius quæsturam mihi geres: Pharao suum annulum dedit Josepho, ut in Ægypto imperaret, et omnes obedirent imperio ejus. Idem fecit Assuerus prius cum Aman, et postea cum Mardochæo. Episcopis in sua consacratione traditur annulus in signum desponsationis suæ cum sua Ecclesia, et insigne potestatis spiritualis quæ eis confertur. In sepulchris christianorum, et Episcoporum Sanctorum inventos esse annulos, affirmat Aringhus (lib. 5. cap. 27. citatis). *Christiani, ipsius Christi exemplo, humilitatis, ac paupertatis studio adducti, ab ipso Ecclesiæ nascentis exordio sepulchrales ritus apprime edocta, haud inquam in defunctorum sepulchris aurum, aut gemmas reponebant:*

,, adiungendi fortasse sint, ut eorum usque ad sæculum XI ,, series expleatur; fatendum est tamen de iis in contractibus ,, haud mentionem inferri, et eorum miram esse penuriam. ,, Quod accidit fortasse ea de causa, quod quum Romæ per ,, ea tempora non destiterit Senatus nummos edere, supervacaneum Romani Pontifices ducerent suorum magnam copiam ,, condere; ideoque neque in contractus deduci, neque pervenire ad multos quiverint. Suspicari etiam possis, quum ,, multi Romæ, atque in circumsitis provinciis essent erga Romanos Pontifices ævo illo male animati, eisque parere detrectarent, fuisse, qui nummos a Pontificibus percussos, documenta eorum imperii, in vasa conflari, aliasve pecunias ,, curarent. Certe Romanorum Pontificum pecuniis nunquam ,, videntur ullæ satis instructæ fuisse regiones.

(*a*) Quot opportunitates adfuerint quæcumque munera ,, statuendi, aut iaciendi ad corpus Francisci, aperui paulo ,, ante *ad §. 71 huius Opusc.*

nisi forte aliquando contingeret, ut vestes quibus corpora obtegebantur ex auro contextæ forent, vel CERTE AUREUS ANNULUS, QUEM QUIS, DIGITO PRÆFERENS, IN SEPULCHRO APPONEBATUR. Et cap.25. refert, Sancti Birini Episcopi Corpus inventum fuisse in sepulchro apposita pectori cruce cum calice, annulo quoque Episcopali exornatum. Idem affirmat de B. Arnulpho Suessionensi Episcopo.

76. Verum quidem. At ex annulo solo in uno sepulchro invento, an ossa in ipso sepulchro existentia sint propria alicuius Imperatoris, Regis, Ducis, Episcopi, aut alicujus Sancti Viri, certo et firmiter discerni nequit, nisi in ipso sepulchro interius, sive exterius, sit aliquod signum, per quod de hominis ibi depositi conditione consistet, et de personæ identitate. Cl. auctor absdubio cognovit, rem difficilem esse nummos, monilia muliebria, annulumque divinitatis prophanæ ornatum imagine cum Ossibus S. P. N. Francisci in eadam arca concordare, et ingeniosissime confugit ad pietatem et devotionem: *in Sanctum heroem* (*ait fol.* 59.) *pietas profecto suasit alicui, ut annulum sibi detraheret, eoque munere testimonium suæ in illum observantiæ promeret . . . Potuit igitur christianus homo, vel mulier, gestare annulum Palladis Nicephoræ signatum imagine. Potuit illum ad Sancti Viri Corpus deponere, ac cogitare tantum de precio gemmæ, quam dono dabat.* (*a*) Sed et alia multa, et majoris momenti et conside-

---

(*a*) Non infeliciter hoc loco Adversarius Nicomachum il-
„ lum æmulatur, *qui multas gemmas habuisse traditur, sed*
„ *nulla peritia electas*, ut scripsit *Plinius lib.* 32. c. 1. Disserit
„ enim fuse de annulis, eosque apud ethnicos, ac Christianos
„ auctoritatis fuisse docet insigne. Sed tum ista placent, quum
„ ponuntur in loco. Nam sexcenta scriptorum testimonia, qui
„ de annulis egerint, uno spiritu recitare, docere etiam aliquam
„ aliquando illis potestatem significari, perfacile est homini,
„ qui bibliotheca non careat, et apud imperitos eruditionis
„ famam captet. Verumtamen, ut non inutili sermone nos
„ moraretur Adversarius, oportebat illum ostendere, non po-
„ tuisse ad Asisinates reliquias annulum statui nisi ut aucto-
„ ritatis insigne. Quum enim Francisco ius annuli deferendi
„ non fuerit; nec umquam potestatem suam in ordinem a se
„ conditum fecerit annuli ornamento augustiorem; nequirent

rationis potuerunt facere; quare non fecerunt? Si tempus et opportunitas adfuerunt pietati et devotioni; quomodo non fuit, nec tempus, nec opportunitas ad ponendum aliquod symbolum, aut hieroglyphicum, ex quo posset inferri, ossa ibi condita esse exuvias Corporis S. P. Francisci? Potuerunt astutia, eo cautio communire arcam illam saxeam clathris ferreis, et

---

„ profecto Francisco tribui Asisinates exuviæ, si, tantum ut
„ dignitatis nota, annulus illis potuisset adiungi.
„ At vero, si adiunctus esset ut dignitatis indicium, in-
„ serendus erat annulus cadaveris digito. In illo enim gestant
„ quicumque dignitatem annulo testatam volunt. Contra au-
„ tem in cadavere Asisinati apparuit annulus *fra i due pie-*
„ *di*; ut testatur faber cæmentarius *Cæsar Marianus*, qui de-
„ tegendo cadaveri allaboravit, *Demonstrationis Summ. num.* 6.
„ *Litt. D.* Viri pariter Antiquitatum Periti *Arendo* (inquiunt
„ *eod. Summ num* 7. *Litt. Q.*) *noi veduto jeri il detto anello*
„ *all' estremità dell'urna, e dopo i piedi etc.* Ad cuius vero pe-
„ des ut dignitatis insigne, annulus iacitur? Nonne, quoties
„ per illum curæ est dignitatem prodere, manus digito apta-
„ tur?
„ Et quoniam humani corporis reliquiæ, cui altare fuerit
„ impositum, ut de Asisinatibus contingit, herois Sancti re-
„ liquiæ censendæ sunt; quonam alio studio ad eius pedes
„ annulum statutum dicas, nisi studio, atque impulsu pieta-
„ tis; quod et ego sensi, et ante me senserunt (*Summ. loc.*
„ *cit.*) Viri præstantissimo ingenio, et doctrina clari, *Vermi-*
„ *gliolius*, atque *Frondinius*? Pios enim homines ad cineres
„ Divorum

Ire pudet vacuos devoti muneris . . . . .

„ ut verbis utar *D. Paulini Nolani Natal.* 12. Et ea quidem
„ in Divos liberalitas exercebatur in primis, quo tempore Fran-
„ ciscus obiit. Nisi enim pietas multum auri, argentique eo
„ tempore a Christianis elicuisset; nisi pretiosæ rei cuiuslibet
„ pro Divorum cultu iacturam libenter tulissent; quomodo
„ Franciscalium Ordo pauperrimus intra paucos annos Basili-
„ licam, vere ita appellandam, quia vere regium opus, extu-
„ lisset? „

non potuerunt in ipsis ferreis clatrhis imprimere tres litteras, nempe C. S. F. quæ ad minimum illam arcam esse Corporis Sancti Francisci, indicarent? (a) Laudo quidem cl. auctoris ingeniosam subtilitatem, sed venia ipsius dicerem, *Nummos, grana electri et ebeni, annulumque res ambiguas esse et indifferentes*, quæ in sepulchris ab aliis rebus adjunctis determinantur ad significandum vel res prophanas, vel sacras. Si enim in sepulchro inveniatur cum annulo, vel crux, vel aliquod aliud signum ex illis, quæ a Sacra Rituum Congregatione cognoscuntur ut certa indicia Sanctitatis, et nummi, et annulus, et grana electri et ebeni atribui poterunt devotioni et pietati. At in arca saxea nec est subscriptio, nec titulus, nec Crux Christi, nec signum aliquod vel pietatem, vel devotionem, nec virtutem, nec sanctitatem sapiat; dicerem, ergo,

---

(a) „ Clathros circumdatos arcæ putamus in templo D. „ Georgii, quum Gregorius IX Franciscum in Divis habendum „ sanxit; quumque, *sancto corpore*, ut *Stadensis* habet, *levato de tumba*, illud opus fuit communire, ne suppilaret „ aliquis ex arca reliquias. Enimvero non parvo tempore perfici potuit illa munitio. Sed ad eam perficiendam tunc satis otii. De inscriptione vero lentum sane negotium, nec „ *tribus litteris*, ut *ad §. huius Opusc.* 65. ostendimus, conficiendum. Insuper, quod pariter docuimus, in fano D. Georgii haud insculpi titulum oportuit, quum essent deinde Francisci exuviæ in Basilicam transferendæ, et in arcam operis „ elegantioris tunc pariter traducendæ, ne deesset mortali spolio Francisci honor ille ab arcæ artificio, quo iisdem temporibus DD. Dominicus, atque Antonius affecti sunt. Quo „ autem iure V. C. Adversarius hæc cum oblatione munerum „ conferenda suscepit, quasi tantumdem temporis quæsierit „ oblatio, seu potius iniectio munusculorum, et tituli insculpendi labor; ac quasi in fano D. Georgii oportuerit titulum „ arcæ insculpi, ut in illo fano oportuit arcam clathris concludi? Hæc discrimina Adversarii argumentum evertunt. „ Nempe *ab analogia* voluit argumentum struere. At vero *Genuensis* monet *Art. Log. Crit. lib.* 5. *c.* 5. *argumentum ab* „ *analogia esse firmum, si species, ex qua analogia sumitur, sit* „ *plane similis ei, ad quam transfertur, et si necessario sit id,* „ *quod illa est.* Hic autem omnia loco, ac tempore disiunctissima.„

immissionem annuli imagine Palladis insigniti in arca saxea non fuisse factam ex devotione et pietate. (*a*)

(*a*) „ *Nummos*, *grana electri*, *et ebeni*, *annulumque* (quandoque, ac, non omnibus inspectis) *res ambiguas esse et* „ *indifferentes*, ut Adversarius loquitur, in iudicio de sacris „ reliquiis; non invitus dederim. At si superstructum altare „ sit corpori iis ornamentis affecto; si cæteroquin corporis sexus quædam ex iis ornamentis repudiet; confirmabunt saltem, iam ab altari superposito testatam satis, eius corporis „ sanctitatem. Inferri enim iure poterit, ad sacrum corpus ea „ esse deposita, ut cultum, et obsequium dantis proderent. „ Hæc generatim de ornamentis huiusmodi. At, iis speciatim „ inspectis, plus aliquando compendii percipietur; ut de „ annulo in causa nostra contingit. Ac de nummis quidem, „ cum Asisinati exuvio repertis, bene multa iam disputavimus: ac mirum dictu est, quam eorum nummorum tempora cum Francisco conveniant; ita ut quum iam traditio vetustissima, Xystique Pontificis diplomata eius reliquias sub Asisinati ara constituant, validius impellamur „ ad tribuendas Francisco ibi repertas reliquias, quod nummos „ adiunctos habeant circumferri solitos eius ætate. Nunc adnotandum, idem adiumenti, ac commodi ex annulo illis „ exuviis iniecto percipi, illumque pariter ævo Francisci congruere. *Annulus* (ita *Pitiscus in Lex.*) *qui gemmam habet*, *constat tribus partibus*: *orbiculo qui est ipsa annuli PERIFERIA*: *pala*, *quæ et funda dicitur*, *est annuli pars*, *cui gemma inseritur*: *gemma annulo inclusa*, *quæ Græcis dicitur PSEFOS*. Iamvero, cum honore appellandi, et harum „ rerum callentes Viri, *Viscontius*, ac *Fea* ea in Asisinatis annuli orbiculo, fundaque deprehenderunt, per quæ tuto constitui possit, gemmæ, quam is annulus habet metallo cingendæ circa exitum sæculi XII esse allaboratum. Non enim „ attollit se circa gemmam funda, nec parvas veluti ansas orbiculus habet, per quas fundæ cohæreat. Quæ docti Viri „ his expresserunt verbis: *L'anello d'argento poi*, *che chiudeva questa corniola*, *con ragionevoli fondamenti asserimmo* „ *essere stato fatto al cadere del secolo dodicesimo pel castone non ben garbato*, *ed in particolare modo convesso*, *mancante di quell' elegante cornicetta*, *che abbella la cuperficie*

Quapropter, ea quæ de nummis observavi, observanda etiam de annulo invento cum ipsis, censerem. Annulum nempe Palladis Nicephoræ, quam Gentiles, ut Armipotentem Deam, seu Bellorum, certaminum, pugnarum et actionum militarium Gubernatricem adorabant, insignitum imagine, et in arca saxea cum nummis et monetis epochæ republicanæ inventum, non devotionem, non pietatem; sed *arma*, *bella*, *seditiones*, rebelliones, deprædationes, vastationes, et alios turbulentorum temporum casus *significare*, suspicarer: et potius indicare, *Ossa illa et Cineres* in eadem arca *existentes esse exuvias alicujus ex Primoribus illis, quorum impulsu Civitates Perusina et Assisiensis se rebellarunt contra Summos Pontifices et contra Sanctam Ecclesiam Romanam, insignia Pontificalia et Sanctæ Ecclesiæ delendo ignominiose ex Palaciis Summorum Pontificum, et locis ipsis subjectis*; quam Seraphici Patris Nostri Francisci humillimi, pauperrimi, pacatissimi, addictissimique semper Romanis Pontificibus et Sanctæ Ecclesiæ Romanæ. (*a*)

„ *delle pietre, per l' indotta semplicità del cerchio senza trombe, o biforcamento presso la saldatura del castone, e finalmente per averne veduti consimili di quel tempo, siccome ogni secolo va cangiando forme etc.* Ex donariis ergo ad reliquias Asisinates constitutis hoc capimus commodi, quod ætatem Francisci designant; neque *ambiguæ* omnino, atque *indifferentes* res sunt, ut non satis considerate Adversarius statuit „.

(*a*) „ Quoad gemmam nostro annulo inclusam, ac Palladis imagine insignem, quaque nihil aliud V. C. Adversarius portendi vult, nisi bella pugnata, ac cædes ab eo factas, ad cuius cadaver ille annulus gemmatus iniectus est; repeti volo, quæ iam ex *Marangonio* excerpsi, attulique *Demonstrat. meæ pag.* 60. de Crucibus Bobiensi, atque Olomutiana, quæ ornatæ gemmis, imagine Isidis, Serapidis, Veneris, Ioci, Cupidinisque distinctis. Illas quidem Cruces Bobiensis, atque Olomutiani *Monasterii* præsides vel e collo suo suspendebant, vel altaribus imponebant. Non enim tradit *Marangonius*, cui apud illos peculiari usui essent addictæ. Sed, utcumque se hoc habeat, si quis in eorum *Monasteriorum* præsides incidisset, dum huiusmodi Cruces ge-

77. *Ex symbolo et. hieroglyphico* nominis Christi in sepulchris invento infertur christianitas illius, cuius Ossa, aut Cadaver, ibi est conditum: ex palma et vasculo Sanguinis Martyrium: ex columba et olivæ ramusculo, quod vitam finivit in pace absque martyrio: ex ancora spes ipsius: ac sic de aliis. Quis autem purissimam *castitatem, et charitatem Seraphicam* S. P. N. Francisci inferet ex muliebribus monilibus in arca saxea inventis? Quis ex annulo argenteo insignito Palladis Imagine *despectum honorum et terrenorum omnium, et profundam humilitatem* S. P. N. Francisci? Quis ex nummis et monetis inventis in arca saxea *altissimam paupertatem et omnium rerum abdicationem arctissimam*, quas Sanctus Patriarca Seraphicus perfectissime observavit, et suis sectatoribus mandavit, cognoscet? Nullus. (*a*)

„ rerent, vel ad eas sacra facerent, eosne Venerios esse sacer„ dotes, aut Cupidinis, Isidis, Serapidis sacrificulos esse sta„ tuisset? Nemo profecto tam absurde indicasset. Solemus „ enim, si res aliqua explicari multimodis possit, non uni „ tantum indicio insistere, sed tempus, locum, atque adiun„ cta rei omnia perpendere. Quare gerentem huiusmodi Cru„ ces, aut ad eas cæremoniis castissimis sacrificantem Antisti„ stem nemo nostrum non pro Antistite Christiano habuisset. „ Ita plane si perpendimus, quo loco Asisinates exuviæ „ consistant, quæque de illis traditio vigeat, nihil ex gem„ ma, Palladem præferente, et cum iis reperta, ducemus, „ quod reliquias illas Francisco abiudicet. Sancto enim Viro „ deferri annulus potuit ut munus, ac pignus obsequii. Eius „ autem gemma eo sæculo dignoscitur annulo inclusa, quo „ ob paganam superstitionem iamdiu exterminatam nemo apud „ Italos sibi religioni ducebat veterem gemmam, commentitii „ numinis imagine signatam, digitis suis aptare.

(*a*) „ Tamquam *ex symbolis, et hieroglyphicis* postulat „ V. C. Adversarius sibi per nummos, annulum, monilia, ad „ exuvias Asisinates deposita, demonstrari Francisci *castita„ tem, et charitatem seraphicam, despectum honorum, et ter„ renorum omnium, et profundam humilitatem*, nec non *al„ tissimam paupertatem, et omnium rerum abdicationem*. Num„ quid Ægyptii alicuius obelisci notas declarandas suscepimus, ut „ de *symbolis* et *hieroglyphicis*, non sine tenebris hinc inde „ offusis, parvoque cum proventu, disceptare debeamus, et ad

78. Censerem, ergo, Sanctissime Pater, ex inventis sub ara Basilicæ Assisensis maxima, nullum posse sumi argumentum certum ac firmum ad probandam identitatem Corporis S. P. N. Francisci: et consequenter non constare evidenter, saltem evidentia morali, Ossa et Cineres inventos esse Reliquias dicti Sacri Corporis. Omnia, quæ inventa sunt, ad minimum, ambigua esse, mihi videtur: nullam superscriptionem, nullum titulum, nullum signum ex illis, quæ desiderantur in sepulchris ad probandam certo firmiter, et evidenter moraliter identitatem, nec aliquod Sanctæ Crucis Signum inventum esse constat: argumenta, quibus nititur cl. auctor positionis probare identitatem, dicerem, non esse graviora, quam quæ agunt contra ipsam, nec ita valide et invicte movere intellectum, ut illis necessario assentiatur: ideoque assererem, non constare per probationes firmas, et saltem morali evidentia certas falsam esse illam sententiam perpetuam, constantem, communem omnium RR. PP. Conventualium de incorruptione Corporis S. P. N. Francisci, quam Paulus V Pontifex Maximus (ut firmat cl. auctor positionis fol. 36.) noverat cum plausu exceptam, altissimas in animis plerorumque egisse radices, nec eas ita facile posse succidi: quam S. Josephus a Cupertino interrogatus confessus fuit absque ulla tergiversatione: quam Sancta Inquisitio Romana promovit, vetando ne typis mandaretur liber R. Octavii a Sancto Francisco, qui eam oppugnabat: illam sententiam, cui Sapientissimus

---

„ aliquem *Kircherum*, vel *Zoegam* confugere? Demonstratio„ nem virtutum Francisci, non a nummis, vel a monilibus, „ vel ab annulo, sed ab historicis, ac Pontificibus petas. „ E donariis vero ad Asisinates exuvias repertis, id tantum eli„ cias, ea cum ævo Francisci mire congruere, atque inde cor„ roborari probationes, quas, ut Francisco tribuantur, ma„ nibus iam plenis effudimus.

„ Quæ sequuntur apud V. C. Adversarium, non ea stu„ dium refellendi requirunt. Sunt enim eorum, quæ iam an„ tea disseruit, compendiaria comprehensio, et ex prælocatis „ deductio. Quoniam vero, quæ prius posuerat, singula a „ nobis deiecta sunt, necesse est pariter ex iis existentia de„ ficere, protrito scilicet semine, in quo tamquam venenosæ „ plantæ delitescebant, et unde vitam sibi, viriditatemque „ pollicebantur.

Benedictus XIV adhæsit: et quam omnes pii Fideles, tam piissimo applausu exceperunt et tenent, ut quasi piaculum sit ipsis de ea dubitare: Neque constare, (etsi supponatur falsa sententia de incorruptione), certo et firmiter evidentia saltem morali exuvias inventas sub ara Basilicæ Assisiensis maxima Reliquias esse Corporis Seraphici Patris Nostri Francisci.

79. Sic censerem, Sanctissime Pater; sed nec una, nec altera sententia corruptionis aut incorruptionis Corporis Sancti Patris Francisci me incommodat. Laudandum esse Deum in Sancto Servo suo Francisco: ipsumque Seraphicum Parentem, Amicum Dei, nimis honoratum et honorandum esse, sive Corpus suum resolutum sit in Ossa et Cineres; sive incorruptum permaneat, scio. Expono, quæ mihi occurrerunt difficultates, contra identitatem Ossium et Cinerum inventorum sub ara Basilicæ Assisiensis maxima, ut si dignæ sunt consideratione Sapientissimorum Consultorum, Eminentissimorumque Reverendissimorum DD. Cardinalium Sacræ Congregationis, examinentur, et sic, depulsis omnibus tenebris, veritas clara fiat, et accedens supremum infalibile judicium S. V. nihil sit, quod, nec malignantes Sanctarum Reliquiarum inimici opponere queant, et omnes catholici submissi et reverentes, obedientesque captivent intellectum suum in obsequium Christi loquentis per os Sanctitatis Vestræ, Vicarii sui, et Petri Successoris.

80. Ita futurum spero. De universo Ordine Minorum Observantium, Reformatorum, Discalceatorum, ac Recolectorum S. P. Francisci, qui sub unius Rm̃i Ministri Generali obedientia, sunt; nihil est timendum. Tamquam Veri Filii ipsius Seraphici Patriarchæ, qui suam sumisam venerationem erga Summos Pontifices, et Sanctam Ecclesiam Romanam expressit dicens: *Fr. Franciscus promittit obedientiam et reverentiam Domino Papæ Honorio, ac Successoribus ejus canonice intranbus et Ecclesiæ Romanæ*, obedient firmiter judicio vestro. Et ego, qui sum, et ero, sicut semper fui obsequiosissimus et obedientissimus Summorum Pontificum et Sanctæ Sedis Decretis et Judiciis, protestor humillime meam.

Datum in hoc Aracœlisano Conv. die 3. Novembris 1819.
Ad P.S.V. provolutus submissam Obedientiam et Reverentiam

SANCTISSIME PATER

F. Augustinus Garcia Porrero
Procurator Gen. Minor. Observantium Sanct. Francisci.

OPUSCULUM II.

Quæ potiora argumenta objici posse videntur contra judicialem demonstrationem nuper editam, qua inventas Assisii sub ara Basilicæ maxima humani corporis reliquias esse Reliquias Corporis Divi Francisci Ordinis Minorum parentis, ejus auctor ostendere conatur, breviori sermone præsens exponit.

DISSERTATIO

1. Universis Franciscanis Alumnis pluribus ab hinc seculis illud erat in voto, ut Seraphici Patriarchæ Exuviæ, quas vivam Crucifixi Jesu imaginem referre toto terrarum orbe in animum sibi pene omnes induxerant, spectantium oculis offerrentur. Dum vero aliquando fore sperabant, ut tantæ molis miraculum in Francisci Corpore intueri quisque valeret, en unico veluti ictu ut omnium sententia concidit, ita spes præciditur omnium. Etenim loco prodigii illius tanta celebritate pervulgati per orbem, ossa, et cineres, in quæ Corpus illud dicitur resolutum, ut germanæ Francisci exuviæ digito monstrantur. Dum nos hac novitate perculsi, judicia Dei abyssus multæ tenebris obsita veneraremur; atque lugentes potius, quam lætantes (neque enim pudet mœrorem ingenue fateri) singularem gloriam Parenti Sanctissimo aut ademptam, aut saltem nunquam ei concessam taciti conquereremur, (*a*) Sacræ Congregationis jussu ad id rei a SSmo D. N.

(*a*) „ Quicumque *Franciscanis Alumnis* singulis, univer-„ sisque optime cupiunt (in quibus me quoque esse profi-„ teor; nec facile cuiquam de studio eorum incolumitatis „ tuendæ, ac dignitatis augendæ concedam) ita illis volunt „ omnia ex animi sententia evenire, ut præcipuo in honore „ D. Franciscum habeant, illumque crebro respectent: immo, „ dum eius sectatoribus favent, sua in illos pietate demere-„ ri sibi Franciscum nituntur, benevolumque, et propitium „ efficere. Quare quum agitur de augendis cultu corporeis re-„ liquiis, quas idoneæ argumentationes Francisco tribuunt,

Pio PP. VII. particulariter electæ nosfrum cuique facta est facultas id liberrime dicendi, quod quisque pro rei veritate sen-

---

„ nemo vir esset in illum insigniter pius, qui, si forte sanctorum
„ cinerum honos Franscisealibus futurus esset moerori, non
„ illos mallet in luctu haud iure concepto versari, quam ob-
„ sequium, ac cultum a sacratissimis Francisci exuviis abes-
„ se. Hæc ego præfari coactus sum, quod V. C. Adversarius,
„ non minus eloquentiæ, quam ingenii opibus contra nos
„ certans, in ipso suæ lucubrationis exordio affectibus permi-
„ scendis, et commiserationi excitandæ dat operam: quasi
„ Asisinatibus reliquiis, pro humana conditione, corruptis de-
„ cerni cultus nequeat, nequeantque illæ Francisco adscribi,
„ quin *Franciscani alumni universi* incredibilem sint dolorem,
„ atque ægritudinem percepturi. Quod si ita esset, oporteret
„ nos sane de Francisci honoribus præcipue esse sollicitos,
„ et avertendi essent oculi ab eorum squallore, ac lacrymis,
„ quos communi in lætitia dolor invadat.

„ Verumtamen sinemusne lugubrem istam, et fictis la-
„ crymis madentem larvam discurrere? Sinemusne pro terri-
„ culo obiici? Facessere iubeamus. Res erit nullius negotii.
„ Nonne in *Monito*, quod libello isti præfiximus, demonstra-
„ tum abunde est, ex omnibus Franciscalibus familiis nihil
„ prodiisse causæ nostræ adversum, omnesque nobiscum sen-
„ tire, si *Observantes, ac Reformatos* excipias, qui uni, ei-
„ demque subditi supremo Rectori in unam familiam coale-
„ scunt? At aliæ tres familiæ, in quas Minorum Ordo scin-
„ ditur, nempe *Conventualium*, *Cucullatorum*, ac *Tertiario-*
„ *rum* non tergiversantur, non abnuunt in Asisinatibus reli-
„ quiis Patriarchæ sui venerandas exuvias agnoscere. Magni-
„ fice ergo magis, quam vere prædicatur ab Adversario V. C.
„ *universos Franciscanos Alumnos* ea, quæ ille vult, cupe-
„ re, locumque hic habere Terentianum illud: *Unum cogno-*
„ *ris, omnes noris*. Immo quum in ipsis *Observantium*, ac
„ *Reformatorum* claustris omnes fuerint *Flaminii Laterani* in-
„ stitutis imbuti; quumque *Flaminius*, et *Observantes*, *Re-*
„ *formatique* scriptores universi, quorum libri non tineis, ac
„ noeti iamdiu sint traditi, sententiam de corrupto corpore
„ D. Francisci intentissimo labore docuerint; minime futurum
„ credo, ut eius familiæ homines exanimentur luctu, si co-

tiret: quo fieret, ut hinc inde momentis æqua lance libratis, Summi Pontificis Oraculo cineribus iis aut publicus sanciatur cultus, aut denegetur. Quoniam igitur quidquid præsidii nupera hæc ossium inventio expetere poterat, nervose, ac eleganter demonstrationis auctor cumulate congessit; hinc muneris nostri partes esse putamus adversantia argumenta, quæ nobis validiora videntur, proferre. Quod nostrum qualecumque conamen minime ad id contendit (quod stultissime quospiam ad nobis conflandam invidiam vociferare cognovimus), ut nescio qua altercandi prurigine allecti contentionis funem ducere velimus: bene vero ut aut firmius quæ hucusque viguit de S. Francisci Corpore incorrupto, in pedes erecto, ac visibilibus stigmatibus insignito, sententia consistat; aut objectionibus omnibus dilutis, tutissime, omnique dubitandi caussa sublata, ossa illa ut Sanctissimi Parentis Reliquias religioso cultu prosequi valeamus. Majori quoad fieri poterit brevitati studentes, disputationem hanc totam propositionibus absolvemus. Sit itaque.

PROPOSITIO I.

Francisci gloriæ æque ac Apostolicæ Sedis Dignitati maximopere interest, in hujusmodi caussa sententiam non dicere, nisi veritas maxima, quæ in id generis controversiis haberi poterit, evidentia patescat.

2. Id nobis ante omnia statuendum esse censemus ad ea refellenda, quæ acute quidem, atque diserte, minus tamen recte habet demonstratio a num. 49. ad 57. In ea siquidem postquam num. 51. scripserat clar. auctor: *Illa autem est moralis evidentia, quæ nostrum in intellectum VALIDE agit, et INVICTE, ut propositioni, quæ enunciatur, adhæreamus*: pau-

---

„ lendæ illis proponantur pro Francisci reliquiis corruptæ,
„ quod putabant, iniuria temporis exuviæ. Immo, quum tan-
„ ta sit *Observantium*, ac *Reformatorum* in Sanctissimum Pa-
„ rentem pietas, id eos arbitror in lætis, fortunatis, faustis-
„ que eventibus habituros. (Confer *Adnotata ad §. 2. prio-
„ ris Opusc.*) „.

cisque interjectis: *Omnino ut moralis adsit evidentia, necesse est, MULTO GRAVIORA ea videantur, quæ pro una sententia, quam quæ pro alia se produnt, videanturque plane digna, ut illis animus assentiatur*: numero sequenti subnectit, se nimis sibimetipsi severam indixisse legem, dum sine *morali evidentia* in exposita controversia de Sanctorum Reliquiis quidquam certi constitui posse negavit. Tum Papebrochii placitis innixus, statuere se posse credit, satis de veritate constare, dummodo ea argumenta non desint, quæ ad evidentiam moralem *attingant, aut proxime ad illam accedant*. Quod tum Benedicti XIV, tum Gabrielis a S. Vincentio, tum Ferrandi verbis nititur confirmare: etsi identidem se talia adducturum promittat, quæ accurate moralem illam, quam superius dixerat, pariant evidentiam. Nos e contra quia existimamus, non eamdem esse huic caussam, quæ ceteris ejusdem generis objecta spectantibus, tanti ob ejus præstantiam, et singularitatem præsentem facimus controversiam, *nihil ut in ea sine MAXIMA morali evidentia statuendum esse putamus*.

3. Et sane in ceterorum Sanctorum Reliquiis dijudicandis si quis error obrepat, error ipse, utpote innoxius, nedum eorum gloriam, cultumque non imminuit, quin potius ob venerationem eisdem a populo tributam honorem auget. Huc spectant Papebrochii verba in *Demonstratione num.* 52. relata, ajentis: *Æquum est enim, ut ibi subsistat humanæ inquisitionis diligentia, ubi ulterior labor esset frustraneus, et a superstitionis periculo tuta sit Reliquias venerantium religio; QUATENUS EA TENDIT IN PRIMARIUM SUUM OBJECTUM, IDEST SANCTORUM HONOREM, etsi fortasse eorum ipsæ non essent, quæ ut tales proponuntur*. Non ita tamen de Sanctissimo Minorum Patriarcha sentias, cujus accidentalis gloria nunc periclitatur. Cum enim haetenus Corpus ipsius integrum, incorruptum, erectum, stigmatibus ornatum ab omni ferme, qua late patet Ecclesia, credatur; quisque videt, apud Christifideles existimationis, gloriæque jacturam non modicam esse passurum, si per Romanæ Sedis judicium in ossa, et cineres resolutum esse statuatur. Quod non ideo quis dictum a nobis putet, quasi licere credamus, ex mendacibus historiis Sanctorum gloriam aucupari; aut veritatem prodi non posse, ne alicujus Herois gloria accidentalis

imminuatur : sed ne ab gloriæ hujusmodi possessione cœlites deturbentur, nisi *evidenter* falsitas constet, et error. (*a*)

(*a*) „ Nisi tibi caves assidue, atque in speculis es sollerter advigilans, clam subit, obrepitque Adversarius hic meus, sophismatibus egregie instructus, iisque demonstratæ veritatis speciem imponens. Erimus ergo in quadam quasi vigilia, ac ne fallaciis capiamur, etiam, atque etiam videbimus.

„ Certe fallaciam habet, quod hoc loco statuitur, probationes in causa nostra longe maiores quæri, quam quæ in aliis controversiis de sacris reliquiis promendæ sunt. Quam affers, o bone, causam legis indictæ mihi longe severioris, quam constituta aliis fuerit, in eodem iudiciorum genere ante me versatis? Quia Asisinates reliquiæ pro Francisci spolio a nobis ostensæ intertrimentum a corruptione acceperunt; Francisci autem exuviæ ab ea ferebantur immunes. Tendiculam paras, quam, distinctione adhibita, removebo. Aliud est nimirum causam nostram nexam esse, et illigatam controversiæ de corruptis, vel incorruptis D. Francisci post obitum membris, ita ut nisi incorruptionis sententia nulli solido fundamento nixa ostendatur, frustraneæ sit operæ argumenta densare, et evolvere, quæ Francisco reliquias Asisinates asserunt quas corruptio vitiarit: aliud autem, ac longe discrepans est, post sententiam incorruptionis eversam, detectosque dolos, quibus fidem ei conciliare scriptores aliqui conati sunt, causam nostram probationes requirere expressas magis, quam proferri in aliis huiusmodi causis soleant. Primum (numquid enim stipites sumus?) vel uno oculi coniectu vidimus. Hinc, licet quo tempore *Demonstrationem* exaravimus, nondum aliquis contra nos scripto aliquid obiecisset, tamen obiectionem prævertimus; neque prius historiam nuperæ sanctarum reliquiarum inventionis pandere sumus exorsi, quam fabulosæ incorruptioni abolendæ machinas admovissemus. (Recole *Demonstrat. pag.* 11.) Alterum vero, nempe post sententiam incorruptionis obtritam exigi a nobis posse aliquid probationum exquisitum magis, quam poscatur in aliis eiusdem generis disceptationibus, inhumanum est, et iniquum, adversumque axiomati in sacro, ac civili foro iactato, ac

4. Quam maximam evidentiam Romanæ quoque Sedis Dignitas jure nunc sibi efflagitare in caussa ista videtur. Hanc quoque rationem argute potius, quam solide disertissimus Caussæ Patronus elevare conatur, dum *num.* 53. *et seq.* ut lectorum animos ad id, quod magis sua interest, sedulo pararet, nititur præmonstrare, se coram Romano Pontifice, non ut universalis Ecclesiæ Judice, sed ut peculiaris Assisiensis Basilicæ Episcopo caussam dicere. Etenim (ait ipse) vel a Gregorii IX ætate Ecclesia illa ab Antistitis Asisinatum juribus

---

„ trito: *Ubi diversa ratio reddi non potest, diversum ius in-*
„ *duci non debet*.

„ Quapropter *si Papebrochius*, *si Gabriel a S. Vincentio*, „ ac *Ferrandus* docent, in disceptatione de reliquiis huic, „ vel illi adiudicandis sufficere probationes, quæ evidentiam „ moralem attingant, aut proxime ad illam accedant; (*De-* „ *monstrat. pag.* 63. *et* 68.) sique *Benedictus XIV* non ma- „ gis in hoc negotio severum se, ac morosum præbet; (*ibid.* „ *pag.* 85. *in Adnot.*) cur non per easdem probationes causa „ reliquiarum Francisci satis instructa putabitur? Idue, quod „ in causa reliquiarum D. Marci, aut D. Nicolai, aut herois „ cuiuslibet sancti robur haberet, ac tuto consisteret, in cau- „ sa exuviarum Francisci mancum erit, aut etiam nullum?

„ Atque ego quidem, quum gravissimorum scriptorum „ auctoritatem sequutus constituissem, in his iudiciis argu- „ menta satis virium habere, quæ *proxime ad evidentiam mo-* „ *ralem accedant*, putabam valde liberaliter egisse me, qui „ fueram pro mea causa probationes pollicitus, quæ se ad „ apicem ipsum evidentiæ moralis attollerent. (Repete *De-* „ *monstr. pag.* 69. *et* 85. *in Adnot.*) Quid V. C. Adversa- „ rius? Liberalitate mea abusus, quasi non in ipsum munifi- „ cus, sed plus æquo adstrictus, ac parcus fuerim, nihil in „ hac causa *sine MAXIMA MORALI EVIDENTIA sta-* „ *tuendum* clamat. (§. 2. *huius Opusc.*) Adest, adest pro cau- „ sa nostra *MORALIS EVIDENTIA MAXIMA*, eique *phy-* „ *sicæ* atiam *probationes* mutuam dant operam, seseque adiu- „ trices præbent. Attamen, rogo, si nudam, meramque evi- „ dentiam moralem pro causa nostra afferri exuberans pro- „ batio est, atque superfluens; onus etiam moralis evidentiæ „ MAXIMÆ afferendæ, quasi iure agens, impones „?

subducta fuit: in eaque Romanus Pontifex, non secus ac in Urbe Roma, propria Antistitis munia, atque auctoritatem exercet. Quod ideo in lectorum animis satagit stabilire, ut ab eo se subtrahat ictu, quo a Benedicto XIV impetitur, ajente: *Majores procul dubio probationes sunt necessariæ quando agitur de probanda identitate Sacrorum Corporum, seu Reliquiarum in Sacrorum Rituum Congregatione, quam quum agitur de eadem probanda coram Ordinario. Cum enim apostolica approbatio majoris sit momenti, quam approbatio Episcopalis; hinc fit, ut validior quoad illam, quam quoad hanc, probationum series requiratur.* At vero quod primum ex præstatuto illo demonstrationis principio sequeretur, esset istud, approbationem nempe Reliquiarum quarumlibet Romæ delitescentium ab Romani Pontificis judicio exortam, tantidem faciendam esse quantum Episcopi cujuslibet: eo quia in Urbe Roma Summus Pontifex Episcopalia munia, et auctoritatem exerceat. Sequeretur item alterum absurdissimum, privilegium nempe alicui donatum, privilegia donantis auctoritatem, dignitatemque dejicere. Cum itaque nemo usquam gentium adeo ineptiverit, ut diceret, judicii, sententiæque pondus non quidem a jus dicentis gradu, atque præstantia; bene vero a conditionibus in jus vocati esse dimetiendum; sequitur, sive Assisiensis Basilicæ, sive alterius cujuscumque Ecclesiæ causæ coram Summo Pontifice dicantur, eamque exquiri majorem probationum seriem, quam Benedictus præscripsit.

5. Ast *ea privilegii natura, et vis est* (ait ipse), *ut illud assequenti incommodare profecto non debeat, immo in illius commodum vertat.* Novimus. Sed *incommodum*ne tu vocabis, si caussæ illius, qui privilegium fuit assequutus, loco Episcopi, Pontificis Summi judicio definiantur? Nonne Basilicæ Asisinensis commodo, honorique vertitur, tanti controversias eam spectantes fieri, ut Supremi Judicis sententiam sibi vindicet? Verum, ne plura, Pontifex vere Summus Pius VII ut præmonstraret, velle se ut Supremum Ecclesiæ Judicem rem definire, peculiarem Congregationem instituit, in qua et Theologi Viri doctrina insignes, et Sacræ Romanæ Rotæ Decanus, et Rituum Congregationis Secretarius, et Fidei Promotor, et Assessor: tum Emi PP. quatuor, inter quos Congregationis ejusdem Præfectus, nec non Præfectus alter Congregationis Reliquiarum, collatis inter se mutuo consiliis, quod sentiunt, depromant. Sententiam autem, quam proferet, tan-

tillam ne dicas, qualem ab Asisiensum Episcopo expectares? Ut proinde terrarum orbis minime fallatur, si hac super re solemnissimam Romanæ Sedis decisionem opperiatur. (a).

(a) „ Quum olim iuri civili operam darem, quærerem„ que, non ex infinitis libris, aut ex immensa rerum indi„ catarum congerie, sed per aliquot rationi congruentia axio„ mata, ad peculiares controversias in tempore flectenda, „ quod satis esset, proficere, id hausi, ac memoriæ infixum „ gero: *Credibile est, quemlibet potius communi iure uti vel„ le, quam peculiari*. Hoc ducitur ex *l. quamquam Cod. de* „ *testam. mil.* Quum ergo *immediata*, ut aiunt, Romani „ Pontificis in Asisinati Basilica potestas cum ipsa Basilica „ ortum duxerit, et ita haud intermisso usu inveteraverit, ut „ numquam Asisinati Episcopo aliquid potestatis in eam exer„ cere licuerit; ex *iuris* autem *communis* præscripto, Episco„ pi sit de reliquiis in loco sibi subdito existentibus ferre iu„ dicium: (*Demonstrat. pag.* 65.) profecto, si *credibile est*, „ *quemlibet potius communi iure uti velle, quam peculiari*, „ censendus est Pontifex de causa nostra cognoscere, non ut „ totius orbis Catholici, sed ut Basilicæ Asisinatis Antistes.

„ Hic etiam verba nobis facit V. C. Adversarius de illu„ stri Cardinalium, Præsulum, Virorumque Religiosorum „ conventu, quem indixit Pontifex, atque in consilium ad„ hibet, de nostris reliquiis pronunciaturus. E splendidissimo „ autem illo cœtu coacto inferri posse arbitratur, Pontificem, „ ut Rectorem Ecclesiæ totius, iudicem huius controversiæ „ sedere. Verumtamen et prudentiæ monitum, et sacra lex „ iubet, de reliquiis iudicantem non esse uno se censente con„ tentum, sed negotium totum, *adhibitis in consilium Theo„ logis, et aliis piis viris*, excutere. (*Demonstrat. pag. cit.*). „ Quum autem in Purpuratorum Patrum, Præsulum, Viro„ rumque Religiosorum ordinibus inclytis adsit profecto et „ *theologorum*, et *piorum* copia; quidni lectos e cætibus illis „ viros adesse sibi Pontifex vellet ad hanc causam finiendam, „ licet illam ut Asisinatis Basilicæ Antistes cognoscat? Nonne „ in Urbana Ecclesia administranda et Vicarium sibi inter „ Cardinales Patres legit, et Præsulum opera, Virorumque „ Religiosorum utitur? Quare, quid præsidii ex indicto con„ ventu pro sententia hac sua percipere Adversarius queat,

6. His adde quod in id generis controversiis aliis non ita facile timebis, ejusdem nempe Romanæ Sedis Dignitatis periculum apud profanos. Etenim *quamdiu nitide non demonstraveris, IMPOSSIBILE esse, ut Francisci Corpus incorruptum*, et in pedes ad instar viventis erectum (ut illud hucusque creditum est) *alibi consistat, tamdiu putandum est fieri posse, ut aliquando demum inveniatur*. Finge vero, id aliquando eventurum. Quæram: si judicio suo nunc Apostolica Sedes Reliquias humani corporis in Assisiensi Ecclesia repertas, Reliquias esse Francisci definierit; quantam, id si contingeret, dignitatis jacturam non pateretur, præsertim *quum tempestate hac nostra* (ut in *Demonstrationis num.* 53. habetur) *infinitus sit eorum numerus, qui Ecclesiæ judiciis conflare nituntur invidiam, quasi non legum, justique in pronunciando sit retinens, et ignare prorsus, ac somniculose res hujusmodi gerat?* (a) Quibus omnibus inde quoque rebus accedit, quod

---

„ non equidem video. Satis sit, ipsum id Adversarium vi-
„ dere, nobis interim caligine mersis, nec oculo utentibus
„ tam erudito. Sed tota hæc controversia de persona, quam
„ in hoc iudicio Pontifex gerat, non est ingenti contentione
„ agenda, quum versetur circa causæ prælydia, eoque spe-
„ ctet, ut liqueat, quam expressis probationibus sit ornanda.
„ At vero edixi, ac professus sum *Demonstrat. pag.* 69. §. 56.
„ me expositurum *in rem meam argumenta, quæ ad MO-*
„ *RALEM EVIDENTIAM pertingant, ut pro suprema in*
„ *universam Ecclesiam potestate decernens Pontifex urgentio-*
„ *ra argumenta postulare non possit*. Fide autem summa,
„ quod pollicitus eram tunc præstiti. Insuper post *Demostra-*
„ *tionem* vulgatam meas probationes gravissimorum documen-
„ torum accessione locupletavi, extantque in *Additamento ad*
„ *ad Append. Document. sive novo Summ.* Neque destiti in
„ tota *Responsione ad prius Opusculum* maiorem rebus lu-
„ cem argumentando, ac scriptorum loca proferendo, af-
„ fundere. Tam omni instrumento munita causa nullius ocu-
„ los, iudiciumque declinat „.

(a) „ Quis pietatem V. C. Adversarii, de Romanæ Sedis
„ dignitate cogitantis, non hic agnoscat, ac laudet? Veretur
„ ille, ne si aliquando D. Francisci corpus alibi, quam mo-
„ strato a nobis loco, incorruptum reperiatur, et interim Ro-

hactenus nedum silentio, sed verbis etiam eorum sententiæ, qui Corpus Patriarchæ Sanctissimi ad instar viventis erectum

---

„ mana Sedes corpori corruptione vitiato, ut exuvio mortali „ D. Francisci, honorem habendum sanxerit, pateat illa re- „ prehensionibus, atque etiam malevolorum irrisui. Sed in- „ beo animum pia sollecitudine hac solvat. Etenim, ne ve- „ reatur Romana Sedes incorruptum D. Francisci corpus ex „ alio aliquando loco emersurum in lucem, efficit ille pro- „ bationum cumulus, quibus repertæ sub Asisinati ara hu- „ mani corporis corruptæ reliquiæ Francisco asseruntur. Quia „ enim *non potest idem simul esse, et non esse*; et hoc ve- „ rissime prædicatur, sive examini subiicitur *ens absolute con-* „ *sideratum, sive sub data conditione spectatum; e. gr. Fieri* „ *non potest, ut cælum nunc sit serenum, et simul non sere-* „ *num*; ut *Wolfius* habet *Ontol. part.* 1. §. 28. ideo fieri ne- „ quit, ut Francisci corpus corruptioni obnoxium fuerit, et „ non obnoxium; quæque probationes impellunt animos in „ sententiam, ut Asisinates corruptas exuvias tribuamus Fran- „ cisco, eæ spem elidunt incorrupti eius corporis alibi repe- „ riendi. Tum etiam quia naturales, ac divinæ leges huma- „ na corpora disgregari mandant, ac solvi; et incorruptio exu- „ vii D. Francisci mira res esset, ac prodigiosa; et prodigium „ huiusmodi a *Pelbarto* confictum, et veteratoriis artibus pro- „ pugnatum, totius antiquitatis testimonio deficitur; ipsa sen- „ tentiæ incorruptionis infirmitas, ac manifestissima vanitas „ arcet a iudicio Romanæ Sedis, si pro Asisinatibus reliquiis „ pronunciet, metum erroris.

„ Iuris autem Adversarius præscripta conculcat, quum „ scribit: *Quamdiu nitide non demonstraveris, impossibile es-* „ *se, ut Francisci corpus incorruptum etc. alibi consistat, tam-* „ *diu putandum est fieri posse, ut aliquando demum invenia-* „ *tur*. At ego posui ante oculos, et modis omnibus confir- „ mavi, corruptum humani corporis spolium sub ara Basili- „ cæ inventum ad Franciscum pertinere. Tu *excipis*, ut Icti „ loquuntur, et causam meam oppugnas, ea ex parte illam „ aggressus, quod ego corruptum spolium pro exuvio Fran- „ cisci præferam, tu autem contendas, corruptionem ab eius „ cadavere Dei prodigio fuisse prohibitam. Ad hunc causa „ quum venit articulum, non mihi sane probatione firman-

crediderunt, favorem præbuerit Romana Sedes in tantum, ut illorum audaciam fregerit, nec publice grassari permiserit, qui illud in cineres, et ossa dixerint resolutum. Id quod præcipue præstitit seculo XVIII ineunte, quum Octavius a S. Francisco Episcopus Asisiensis sub ementito Petri Ursinii nomine scriptis ausus est evulgare, Francisci Corpus fuisse corruptioni obnoxium. Cujus rei luculentissimum nobis Bollandiani (*Ana-*

„ dum est, *impossibile esse*, *ut Francisci corpus incorru-* „ *ptum etc. alibi consistat*; sed tibi *excipienti* probandum, non „ solum *possibile esse*, sed *REAPSE FACTUM ESSE*, *ut* „ *Francisci corpus incorruptum etc. alibi consistat*. Hæcne tam „ vulgaria, et in foro tyrunculis nota exponere nos, atque „ huc inferre debere? Quæ pro munere suo, *Institutiones* „ *Canonicas* scribens, V. C. et Amplissimus Antistes *Ioannes* „ *Devotus lib. 4. tit. 9. §. 2.* his verbis expressit: *Generatim* „ *onus probandi ad actorem pertinet etc. Sed interdum proban-* „ *di onere tenetur reus*, *quum nimirum præsto est actori iuris* „ *præsumptio* (at hic nobis præsto est sane, quia pro corru- „ ptione, hominum corporibus a Deo ipso indicta, pugna- „ mus) *aut cum reus excipiendo aliquid affirmat*, *quo con-* „ *traria actio perimi*, *ac repelli possit*, *quia tunc ipse exce-* „ *ptione sua actor efficitur*. Licet autem iudicia hæc nostra „ ex æquo potius, bonoque peragantur, quam, rebus ad api- „ ces regularum forensium exactis; id tamen semper obtinuit „ apud nos quoque, ut, qui *excipit*, suæ robur *exceptioni* „ per idonea argumenta cogatur addere; idque in suis *Ani-* „ *madversionibus*, præsidiis omnibus doctrinæ adhibitis, *Fidei* „ *Promotores* moliuntur. Quorum munus non, ut est, labo- „ riosissimum, atque ærumnosissimum esset, si, *exceptione* „ aliqua iacta contra eos, qui viro sancto alicui, aut eius re- „ liquiis honores quærunt, omni cura de reliquo eximeren- „ tur, et in primum actorem transferrent onus probandi *esse* „ *impossibile rem ita se habere*, *prout in exceptione constitui-* „ *tur*. Nihil tamen, si harum rerum imperitus videtur V. C. „ Adversarius, eius doctrinæ, et æstimationi detrahitur. Ni- „ mirum fabri et opifices, non in omnibus fabri, et opifi- „ ces, sed in suo quique artificio; et excudet aliquis æra „ molliter, qui dure nimis, ac rustice tabulis colores ap- „ pingat „.

lect. de S. Franc. p. 4. n. 6., *et* 8.) dedere testimonium: asserentes, opus Octavii, quin typis excuderetur a Sacra Romana Inquisitione vetitum fuisse. Ex quibus omnibus illud plane conficitur, quod proposueram, Francisci nempe gloriam æque ac Apostolicæ Sedis Dignitatem exigere, ne in hujusmodi caussa sententia dicatur, nisi veritas maxima, quæ in id generis controversiis haberi poterit, evidentia patescat. *(a)*

PROPOSITIO II.

Longe validiora nobis momenta suppetunt, ut judicemus, S. Francisci Corpus integrum adhuc incorruptum, et in pedes erectum consistere; quam quæ ipsum in ossa, et cineres resolutum fuisse ostendunt.

7. Vel ipso Demonstrationis Auctore clarissimo fatente, maximi in re, qua de agimus, momenti, hæc est inquisitio. *Si enim* (ait ipse ad calcem Sect. I. prioris partis) *patronos prodigii tanti ratio, probationesque non defecerunt, sane jam nostra caussa acta dici potest, et conclamata: quum pro Corpore D. Francisci non vivida membra, ac corruptionis expertia, sed ossa, cineresque præferamus.* Quod igitur Consultoribus sapientissimis judicandi normam statuat, erit argumentorum pondus expendere, seduloque examinare, quibus utraque sententia fulciatur: adeout si rationes, quibus utraque innititur, tanta probabilitate polleant, ut aut hinc inde se mutuo destruant, aut in ancipiti ipsorum animum constituant; nihil definiendum esse credant; cum vel hoc ipso *evidentiam* illam longe abesse putandum sit, sine qua quidquam decerni posse ipse Demonstrationis Auctor et concedit, et postulat (n. 2.). E contra vero conclamatam caussam ipsius dicent, si validiora ad rem nostram comperient argumenta. Nos interim fontes geminos, ex quibus argumenta legitime ad controversiam

---

(a) „ De Octavii, Episcopi Asisinatis, libro a Quisitoribus „ Fidei prodire in lucem vetito, iam mihi contentio fuit cum „ V. C. *Observantium Procuratore Generali Augustino Garcia* „ *Porrero*, quem vita cessisse paucis hinc diebus, non sine „ animi ægritudine accipio. Tu autem quoad Octavii librum „ consule, quæ adnotavi ad §. 32. *prior. Opusc.* Senties, „ Quæsitorum Fidei iudicium nobis exprobrari non posse „.

hanc finiendam derivantur, non alios putamus esse, quam tres isti: videlicet *scriptorum numerus*, (*a*) *testium oculatorum fides*, *traditio*. Neque enim aliunde petita quidquam valent ad id generis controversias finiendas. Propositio, quæ hanc subsequetur, momenta diluet, quæ contra rationes heic afferendas contorquentur. De scriptorum igitur numero sic habeas.

8. Qui pro corruptione Corporis Francisci steterunt hactenus, tres sunt, iique soli a Bollandianis enumerati (*Analect. p.* 4 §. 1.): quorum antiquior Riñus nempe Octavius a S.Francisco, vix seculi unius spatio nostram præcessit ætatem: cujus lucubratio quominus lucem aspiceret Sacram Romanam Inquisitionem inhibuisse, nuper enarravimus (n. 6.). Hunc excepit Gabriel a Rotomago ex Minorum Observantium Familia: qui anno 1721. Assisii in Conventu de Portiuncula degens, dissertationem elaboravit, qua coctam ab Octavio crambem recoquere tentavit. Nec tamen eamdem publici juris fecit, eadem fortasse Supremæ Inquisitionis jacula pertimescens. Eam propterea manu exaratam ad Bollandianos transmisit. Postremus omnium P. Vilhelmus Smits e Recollectorum cœtu, anno 1744. testibus Bollandianis iisdem, Antuerpiæ eamdem sententiam publice tutavit: quam tamen Patres omnes inibi ad Provincialia comitia adunati, unanimiter improbarunt. Si qui sint alii, per quos fuerit eadem opinio evulgata, nos penitus gn oramus.

9. E contra vero præter Raymundum Missorium, qui Octavii a S.Francisco opusculum confutavit, alios *sex*, *et triginta* enumerat Rugilius apud Bollandianos (*Analect. p.* 4. *n.* 11.) gloriosam Francisci causam tutantes: (*b*) quos inter ob specta-

---

(*a*) „ Pecudes adnumero; scriptores vero, pro peritia re„ rum, de quibus scribunt, pro ætate, pro fide, ac probita„ te plus facio, minusve; quandoque etiam contemno „.

(*b*) „ Non id sane quærendum est, qui, quotque scri„ ptores Francisci corpus dixerint tabo diffluisse, in cinerem„ que abiisse (quamquam plures sunt, quam quos Adversa„ rius recenset, eorumque seriem aliis nominibus auxi *ad* §. „ 2. *prior. Opusc.*) sed num, qui contra sentiunt, il„ ludque a corruptione ereptum statuunt, id fide oculato„ rum, ac fide dignorum testium confirment. Quum prodi„ gium tueris, carere non potes testibus, qui oculorum sen-

tam apud omnes eruditionem nominatim recenseri merentur Alphonsus Ciaconius, Franciscus Soto, Cornelius a Lapide, Wadingus, ac denique Pontifex doctrina, et munere maximus Benedictus XIV. Non est autem cur ad tanti Pontificis nomen in eos Demonstrationis Auctor num. 76., et seqq. subira scatur, qui illum Francisci Corporis integritatem, incorruptionem, statumque perspectum habuisse affirment. Profecto utut solertiæ suæ vires omnes intendat, et acuat, efficiet nunquam, non sensisse Benedictum quod ceteri, quum opus celeberrimum de Canonizatione lucubravit. Numquid quia, ut ipse solet, Wadingum, Angeliumque sententiæ suæ vades offert in re, quæ factum spectant; ideo ne rationes, ac testi-

---

„ su rem usurparint. Si cares, iam tua causa funere elata est. „ Habe *Laureæ Cardinalis* egregia verba *in* 3. *Sent*: *tom.* 4 „ *disp.*20. *art.* 25. §. 4. *Causae Ecclesiasticae per Canones iudicandæ sunt ex Iulio I in Epistola ad Orientales. Canones* „ *autem statuunt, omnia esse probanda per testes de visu,* „ *excepta causa affinitatis, et consanguinitatis, ut late patuit* „ *in* §. 2. *Secundo, Doctores pro testibus de auditu alieno in* „ *antiquis docent; quod, si agitur de alterius præiudicio non* „ *sufficiunt: sed in probatione miraculi agitur de alterius* „ *præiudicio, quia de deceptione Ecclesiæ in re gravissima,* „ *et ex maioribus. Tertio, nullus credit in causa criminali* „ *admittendos esse testes de auditu: ergo neque in causa probandi miraculi; est enim gravior, quam criminalis, quia* „ *hic fieret præiudicium uni personæ, vel familiæ; in causa* „ *miraculi fieret præiudicium Ecclesiæ, et Religioni*. Itaque de „ scriptoribus, sive potius *Pelbarti* exscriptoribus *sex et triginta*, quos pro sententia incorruptionis magnifice iactavit *Rugilus*, non angor, non moveor: nec mihi eorum libros a„deundos putavi, ut dispicerem, num revera omnes incorruptionis fabulam, ut cum Apuleio loquar, *dulciter sorbillaverint*, an eorum aliqui eam hausisse, ac docuisse ferantur immerito. Mihi satis est nosse, *Rugilum* seriem suam „ a *Pelbarto*, non oculato certe prodigii teste, auspicari. In „ huiusmodi autem negotio scriptores obtendere, quorum nemo „ supra sæculum XVI assurgat, nihil aliud profecto est, nisi

. . . . . *Nebulam, et ventos obtendere inanes.*

monia ab iis allata ad examen non revocasse jure affirmaveris? Nonne constantissime consuevit Benedictus sententiam suam aliorum scriptorum nomine, et auctoritate fulcire? Aut ne tu in eam sententiam ipsum ivisse negares, opus ei fuisset conceptissimis verbis edicere: *assentior iis, qui talia enarrant?* Quantum ad cavillandum argutiæ! Quod vero ad Romanæ Sedis fastigium evectus, in diplomate *Fidelis Dominus* Francisci *tumulum* dumtaxat nominaverit, quin incorruptionis, prodigiosique status Exuviarum illius mentionem injecerit; quod prudens ipse, cautusque, dum Summi Ecclesiæ Judicis personam gereret, ab iis enarrandis in diplomate abstinuerit, quibus Apostolica sanctione non roboratis, pondus indebitum addidisset; jure ne monstrare affirmabis, Benedictum sententiam Lambertini, hoc est sui ipsius, improbasse? Ast cetera ut sileam, *dic mihi sodes: quum egregium opus illud DE CANONIZATIONE SANCTORUM, cedro dignissimum, se Pontifice, minime nescio, immo et consentiente, Romæ recuderetur, sivisset ne illud integre, nec ulla saltem annotatiuncula apposita, iterum in lucem emitti, si animum suum immutasset?* Immo potius ex quo nihil passus sit immutari, deducendum, sententiam eamdem confirmasse. Hinc igitur invidia facessat: atque inter eos, qui prodigiosum Francisci statum hucusque crediderunt, liceat nobis et Benedictum accensere. (*a*)

(*a*) Quoniam tota fides prodigii incorruptionis, immo cu-
„ iuscumque prodigii, in oculatorum testium dicto consistit;
„ et ab iis, qui mendacium pro incorruptione corporis D. Fran-
„ cisci sibi in præsidium vocare fas esse duxerunt, plures Ro-
„ mani Pontifices rei huius miræ oculati testes fuisse fere-
„ bantur; insigniter, et præclare meritus de sententia nostra
„ Benedictus XIV debet haberi, qui Pontificias sacri, atque
„ incorrupti corporis inspectiones reiecit, damnavit. Is enim
„ in diplomate, cui initium *Fidelis Dominus*, Pontifices, qui-
„ cumque ad Assisinatem Basilicam accessere, non inspectu-
„ ros Francisci corpus, sed tantummodo *Beati Patriarchæ tu-*
„ *mulum veneraturos* illuc accessisse tradidit, atque ita mor-
„ tiferum Adversariorum causæ vulnus inflixit. (Confer *De-*
„ *monstrat pag.* 88., *et seqq.* .) In suo autem opere, *de Be-*
„ *at. et Can.* si nobis Benedictus haud favit, certe, dum hi-

10. Ad argumenta itaque ex testium occulatorum fide petita accedamus. Nunc primum auditum est, spectantium ocu-

---

„ storicum agit tantummodo, ac dum ab aliis cusas narra-
„ tiones de incorrupto corpore D. Francisci, deque Pontificiis
„ inspectionibus vult suis lectoribus notas, remoto semper as-
„ sensu suo, nullum nobis incommodum creat. (Repete
„ *eamd. Demonstr. pag.* 86. §. 77.) Hæc ego perpendens, si-
„ mulque mecum versans, diploma Benedicti multo serius pro-
„ diisse in lucem, quam libri *de Beat. et Can.* prodierint,
„ hæc etiam apposui *Demonstrat. meæ pag.* 89. *Fingas, Bene-*
„ *dictum, quum de Beat. et Canoniz. elucubrata volumina*
„ *Bononiæ Archiepiscopus edidit, opinionem probasse de cor-*
„ *pore D. Francisci erecto, et putredine numquam vitiato.*
„ *Profecto, quum ad Petri Cathedram evectus est, quod ab*
„ *eo probatum fingimus, improbavit, et ea posuit, præsetu-*
„ *litque memorato in Diplomate, per quæ præcipuum illius sen-*
„ *tentiæ* (incoruptionis) *fundamentum, inspectiones scili-*
„ *cet sacri corporis, disturbavit, atque convulsit*. Hic me in-
„ terpellat Adversarius, atque exagitat sic: *Dic mihi, sodes:*
„ *Quum egregium opus illud de Canonizatione Sanctorum, cedro*
„ *dignissimum, se Pontifice, minime inscio, immo, et con-*
„ *sentiente, Romæ recuderetur, sivisset ne illud integre, nec*
„ *ulla saltem annotatiuncula apposita, integrum in lucem emit-*
„ *ti, si animum suum* (quoad negotium incorruptionis) *im-*
„ *mutasset?* Mussitare, aut hiscere tanto argumento confes-
„ sus queam? Conabor tamen argumentum solvere, non ipso
„ Benedicti iteratæ edictionis opere consulto, sed coniecto tan-
„ tum oculo in eius operis frontem. Sane alteram illam Be-
„ nedictinæ lucubrationis *de Beatif.*, *et Canoniz.* editionem ex-
„ orsi sunt *Palearini Fratres* Romæ Anno MDCCXLVII; ab-
„ solutam autem dederunt anno MDCCLI, quo tomum octa-
„ vum, ubi *Indices locupletissimi*, impressioni subiecerunt.
„ At diploma, cui initium *Fidelis Dominus*, vulgavit Benedi-
„ ctus anno MDCCLIV; annis nempe tribus post novam impres-
„ sionem sui operis expletam. Quomodo ergo eo in opere,
„ eaque in editione, *saltem una annotatiuncula apposita*, mo-
„ neret, se *animum suum*, quoad controversiam de incorru-
„ pto corpore D. Francisci, *immutasse?* Nam qui fingimus,
„ eum aliquando pro incorruptione stetisse, deinde vero

lis D. Francisci Corpus apparuisse in cineres, et ossa resolutum. Ceterum etsi idipsum paucissimi ii commenti fuerint, quos nuper commemoravimus (n. 8.); nemo tamen unus dixit hactenus, se, aut alium quempiam in Francisci sepulcro ossa, et cineres inspexisse, cum neque peculiarem sepulcri locum perspectum haberent: id unum contra nos ad ravim usque repetentes, nihil tale a primis Francisci Vitæ biographis fuisse ad posteros amandatum: vel ex nonnullis ipsorum ambiguis verbis præsidium expiscantes. (*a*)

11. Qui vero perenne prodigium illud tutantur, tantam offerunt oculatorum testium nubem, ut ei refragari summæ impudentiæ, atque temeritatis sit. Eos enumerat præ ceteris Franciscus Maria Angeli a Rivotorto e præclaro Conventualium Ordine, titulo 42. operis, cui nomen fecit *Collis Paradisi amoenitas*. Sunt autem ii Gregorius IX, Innocentius IV, Alexander IV, Clemens IV, Nicolaus IV Romani Pontifices. Item Æcubæa Regina Cypri, Nicolaus V anno 1449., Xystus IV 1476., Ægidius Carillus Cardinalis Albernotius 1354. Quibus addendi ex Rugilio Franciscus Sfortia Dux Mediolanensis anno 1457., Galeottus de Bistocchis anno 1509., ac omnium

---

„ *quum ad Petri Cathedram evectus est*, in aliam abiisse sen-
„ tentiam, Benedicti transitum ab una in aliam opinionem
„ deprehendi monemus ex diplomate, quod anno MDCCLIV
„ luci permisit; proindeque immutationem sententiæ non eo
„ anno vetustiorem dicimus. Non enim licet per indicia ulla altius adscendere. Quod si constitui nequit, Benedictum
„ maturius anno MDCCLIV de priori sententia decessisse, iam
„ habes, quare non ille in opere suo iam recusò ulla im-
„ presserit immutatae opinionis vestigia.

(*a*) At illi, qui incorruptionis fabulæ viriliter restitere,
„ *ad ravim usque repetentes* (fortassis clarisona voce docen-
„ tes) *nihil tale a primis Vitæ Francisci biografis fuisse ad*
„ *posteros amandatum*; illi etiam, qui *ex nonnullis ipsorum am-*
„ *biguis verbis*, (immo quæ cum incorruptione conciliari non
„ queant, ut habes *Demonstrat. pag.* 11. *in Adnot.*) *præsidi-*
„ *dium expiscati sunt*, optatum præsidium *expiscando* invene-
„ re, et incorruptionis patronos argumento non diluendo pres-
„ serunt. (Confer *Adnotationes ad pag.* 11., 12., *et* 13. De-
„ monstrat.) „

postremus Rmus P. Pisculli Minorum Conventualium Minister Generalis, anno 1607: cujus inspectionis historiam die 6. Februarii 1626. descripsit P. Tinaccius, qui tunc temporis ejusdem Pisculli erat a Secretis. Porro hujusce relationis authenticum apographum a P. Antonio Pagni, qui Archivistæ munere in Cœnobio Sanctorum duodecim Apostolorum Romæ fungebatur, Bollandiani accepere (*Vide Analect. p. 4. §. XI. n. 186, et seqq.*). Nicolai, Xysti, Albernotii, aliorumque, quos postremo loco memoravimus, historias singillatim exponit Rugilius apud Bollandianos eosdem. Quorum tamen criticas observationes sequenti in Propositione ad incudem summatim revocabimus: in immensum enim exuberaret oratio, singula si pro rei merito enucleare vellemus. (*a*)

(*a*) Onus Æthna gravius imponerem mihi, si quæ, quantaque congeri possunt contra sacri corporis inspectiones, „ quas V. C. Adversarius ex *Angelio*, *Rugiloque* recenset, „ omnia colligenda, atque expolienda susciperem. Sed quoniam ipse Adversarius nomina eorum, qui ab *Angelio* Francisci exuvias stantes, ac vividas inspexisse dicuntur, enumerare sat habens, alio statim se transfert; mora nostra in „ eo refellendo, brevis licet, erit plus æquo diuturna. Non „ enim ille statarium militem agit; sed, vix iacto telo, epinicia sibi quasi victor canit, et alia bella auspicatur.

„ Franciscum revixisse quodammodo nocte tertia, postquam in Basilicam eius corpus invectum est, comminiscitur *Angelius*, et ea assuit commento suo, quæ, ut docui „ *Demonstrat. pag.* 23., *et seqq.* animis, et ipsis auribus hominum sunt absurdissima. In quibus illud est quoque, quod „ *Coll. Parad. lib.* 1, *tit.* 16. falso prodidit, nempe *Gregorium* „ *IX* anno MCCXXXIV rursus contendisse Assisium, ea nimirum de causa, *quia tot mirabilia, quæ in sacrosancto Francisci corpore operatus fuerat Omnipotens, ad aures etc.* (eius) „ *pervenere. Hinc Christi Vicarius pio desiderio angebatur,* „ *iterum sacrum pignus videndi ea in Ecclesia, eo loco, quo,* „ *ipso iubente, locatum fuit*. Hic vividis coloribus *Angelius* „ exprimit admirationis, pietatis, amoris sensa, quæ in Pontificis animo edidere tumultum, quum veteris amici spolium ob oculos habuit, et *admirabile corpus in proprios erectum pedes adspexit*, *adhuc madidis sauciatum vulneribus*.

12. Ex hisce omnibus argumentum, quod tertio loco proposueram, constans nempe, antiquissima, ac nunquam intercisa tradito, vel nobis tacentibus, sua veluti sponte consequitur; qua Sancti Francisci Corpus integrum, vividum,

---

„ Quid quæris? *Alta suspiria, dulcesque fletus maxima devo-* „ *tionis teneritudine emissi*; necnon *manui*, *pectori*, *faciei* „ *amantissima oscula inflicta*: ut *Angelium*, qui ex nihilo fa- „ bulam tam pulchram ornavit, in rhetoribus habeam non „ imi subsellii. Tunc autem Gregorium scribit addidisse epi- „ taphio Francisci, ante *Angelium* per Wadingum edito, po- „ strema illa verba: *Ante obitum mortuus*, *post obitum vivus*; „ quæ cum integro titulo lectoribus apposui in *Adnot. ad* §. 64. „ *prior. Opusc.* animadvertique non ævum Gregorii, sed *Wa-* „ *dingi*, atque *Angelii* ætatem, styli tumore inflatam, et an- „ tithesum cupidissimam, sapere. Sed, quod indigneris, hæc „ omnia *Angelius* inculcata vult nobis, quin auctoritate scri- „ ptoris alicuius tanti momenti narrationem muniat. Ac cer- „ te hunc Gregorii accessum ad urbem Assisium, quem ille „ consignat anno MCCXXXIV, tota ignoravit antiquitas, ac „ singillatim vitæ Gregorii scriptores; in quibus *Cardinalis* „ *Aragonius* accuratæ diligentiæ laude se se commendat, et „ tamen in suo commentario, quem *Muratorius* edidit *Script.* „ *Rer. Ital. tom.* 3. de hac Pontificis ad Asisinates profectio- „ ne nullum verbum emisit. Immo si *Muratorii Annales* adeas „ ad eum annum MCCXXXIV, Pontificem alibi degentem, „ magnaque negotiorum mole occupatum offendes.

„ Sequuntur apud *Angelium ibid. tit.* 42, ac pariter apud „ V. C. Adversarium pro incorruptionis prodigio testes excita- „ ti, *Innocentius IV*, *Alexander IV*, *Clemens IV*, *Nicolaus* „ *IV*, *itemque Æcubæa Cypri Regina*. Sed de *Innocentii IV* „ ad sacrum corpus accessu nullos, pro more suo, testes ad- „ hibet *Angelius*, suoque dicto, confirmatione carenti, fidem „ adhiberi vult rhetor ille calamistratus. De *Alexandro IV* „ ridendus potius, quam audiendus est, quum, ad extor- „ quendum a nobis inspectioni isti assensum, utitur Ale- „ xandri diplomatibus binis, per quæ Pontifex veritatem stig- „ matum Francisco impressorum sancit, quin unquam post „ Francisci excessum sibi eius corpus inspectum meminerit. „ De *Clemente IV*, ut sæpe accidit *Angelio*, inermis ab omni

erectum comprobatur. Præsidio ex ea petito destituuntur omnino contrariæ sententiæ patroni. *Audacter quidem affirmat demonstrationis auctor num.* 4, per annos ferme trecentos viguisse, atque inveteravisse opinionem, Corpus illud commu-

---

„ narrationis confirmatione reperitur. De *Nicolao IV* (fuit „ enim e Minorum Ordine, et de eius inspectione potuit ali- „ quid maiore cum confidentia erutum sibi e domesticis ta- „ bulariis iactare) sic habet: *Vidit* (Francisci) *corpus*, *ut* „ *in veteri MS. lego*. Sed domesticum documentum non po- „ tuit ita *Angelio* patere, ut impervium deinde esset *Rugilo*, „ atque *Lombardio*, qui pariter nomen dederunt clarissimæ „ *Conventualium* familiæ. E quibus tamen *Lombardius* inspe- „ ctiones omnes, ut monstra, a se arcuit; quod docuimus „ *Demonstrat. pag.* 21; ast *Rugilus* Nicolai IV inspectionem, „ æque ac *Lombardius*, contempsit, ut infra patebit: non uti- „ que contempturi, si ex domestico documento putassent ab „ *Angelio* legitime promulgatam. Denique de *Æcubæa Cy-* „ *pri Regina* non minus destituta res est omni ope testifica- „ tionis, quam quæ superius *Angelius* de Innocentio IV, at- „ que Alexandro IV sua tantum audacia fultus attulerat. Ha- „ sce inspectiones omnes memoriæ ab illo mandatas perpen- „ dit *Rugilus*; quo nemo ad defensionem incorruptionis plu- „ ra attulit eruditionis, ingeniique præsidia. De iis tamen ita „ scribit apud *Bollandianos Analector. de S. Franc. part.* 4. „ *num.* 39. *Hæc asserta*, *sive etiam probata* (liberalem Adver- „ sarium *Rugilum* !) *negligimus etc.*

„ Inspectio *Nicolai V* ipsis Adversariis implexum nego- „ tium est, ac spinis horrens. Historiam eius inspectionis, „ ut ex litteris *Francisci de Bautio*, *Andriensium Ducis*, tra- „ dita est a Rodulphio Tossinianensi, ac Wadingo reiicit *Ange-* „ *lius Coll. Parad. lib.* 1. *tit.* 43. Ei enim videbatur non ad „ eam speciem composita, quæ satis ad fallendum apta. Fi- „ dit tamen, illam se posse tueri, ut picta, ac polita est ar- „ tis coloribus, *in Chronicis a P. Marco Ulyssipon. conscri-* „ *ptis an.* 1559, *ab Horatio Diola ad Italicum idioma tran-* „ *slatis anno* 1582, *et Venetiis impressis anno* 1606. Sed ne- „ que via ab *Angelio* inita insistendi *Marci Chronicis* salebris „ caret; quæ adeo non exsuperandæ visæ sunt doctis viris, ut „ *Missorius*, validissime, ac pertinaciter pro incorrupto Fran-

ni corruptionis legi fuisse obnoxium: ast assertionis istius testem nullum assignat. *Nos vero tot exhibemus hujus traditionis testes, quot ii fuere, qui aut suum scriptis protulere hac de re judicium, aut visitationes, et inspectiones illas enarra-*

„ cisci corpore militans, et omnia in id argumenta studiose
„ colligens, tamen apud *Bolland. loc. cit. num.* 85. fateatur
„ ingenue: *Equidem ipse paulum admodum duabus hisce Ro-*
„ *manorum Pontificum* (Gregorii IX, ac Nicolai V) *visita-*
„ *tionibus confiderem*. Quot autem ipsi *Bollandiani* machinis
„ *ibid. num.* 91. *et seqq.* eam historiam aggrediuntur, ac la-
„ befactant! Indicia suppositionis, ac mendacia tot ex ea nar-
„ ratione prosiliunt, et oculos incursant, etiamsi ex *Odo-*
„ *nis Francischina* illam tuendam suscipias, ut excitent,
„ atque irasci cogant vel supine dormientem. Sed quantum
„ in hac re *Francischinæ* sit tribuendum, fusius disputabitur
„ deinceps *ad* §. 34. Portenta somniantibus adnumerandi sunt qui
„ *Xystum IV* Roma abscessisse narrant anno MCCCCLXXVI,
„ Assisiumque profectum ibi ad incorruptum Francisci spo-
„ lium supplicem procubuisse. Aptissime *Gabriel Rotomagen-*
„ *sis*, e Franciscalium *Observantium* egregia familia, monet
„ apud *Bollandian. ibid. num.* 176. biennio post Xystum de-
„ disse diploma, cui verba *Dignum reputamus* initium faciunt,
„ quodque pertinet ad festum diem corporis D. Francisci tran-
„ slati in Basilicam. De re tam mira, sibi non ita pridem oculis
„ perspecta, nullamne mentionem habuisse Pontificem in diplo-
„ mate, cui a corpore Francisci argumentum? Sed his conniveas.
„ Connivere ne possis adhibitis ibi a Pontifice verbis huiusmodi:
„ *In qua* (Basilica) *præfati Sancti corpus honorifice REQUIE-*
„ *SCIT*? De corpore, quod nuper *stans* viderat, ac miratus fue-
„ rat, usurpabat Pontifex *requiescendi* vocabulum, quod non stan-
„ tibus, sed iacentibus corporibus solet aptari? Ergo sibi vi-
„ sum prodigium non silentio tantum Xystus premebat, sed
„ verbis contraria significantibus obvolvebat, et opinionem ve-
„ ritati adversam insertam animis, ac propagatam optabat?
„ De *Ægidio Albernotio Cardinali* (non enim alium in
„ disputando ordinem sequor, nisi quo inspectiones has dige-
„ rit Adversarius) satis multa adnotavi *ad* §. 2. *prior. Opusc.*
„ attulique ad commentum refellendum non angustam, sed
„ opimam, ac conducibilem suppellectilem.

runt, quos nuper commemoravimus. Quibus si perpetuam addas sententiam, quæ apud PP. Conventuales, Sacram præsertim Asisiensem Basilicam incolentes, ad hanc usque viguit ætatem (cujus rei testes damus lucnpletissimos Angelium,

---

„ In *Francisci Sfortiæ*, *Mediolanensium Ducis*, inspectio„ nem satis est animadvertere, de illa omnium prim um men„ tionem fecisse *Wadingum*; qui quidem, ut *Bollandiani* scri„ bunt *loc. cit. num.* 145. tamquam auctorem rei huius *ne*„ *minem laudat nec hoc in loco* (ad annum nempe 1457. „ num 57.) *nec ad annum* 1230. *num.* 4., *quo lectorem re*„ *mittit in margine*; *ut videatur hic primus esse qui Sfor*„ *tianam visitationem vulgaverit*. Documentum quidem manu „ exaratum pervenisse ad *Wadingum* videtur, in quo de Sfor„ tiana inspectione significaretur aliqnid, seu potius impu„ dentissime confingeretur. Ait enim *ad annum* 1230. *num.* 4. „ *cit. Addo hic item sepulcri* (D. Francisci) *vel suppedanei* „ *lapidis epitaphium, exscriptum a quodam Ducis Mediola*„ *nensis Francisci Sfortiæ comite, delubrum hoc subingresso*, „ *a cuius posteris illud accepi*. Atqui stylus ipse illius tituli, „ ut sæpe monui, nos ambigere non sinit, satum, ac procrea„ tum fuisse eo, quo *Wadingus* vivebat sæculo; cuius ni„ mirum ambitiosum, et insulsum acumen tituli auctor „ usurpat.

„ Etiamne ea credulitas in alicuius mentem irrepet, ut „ *Galeotti de Bistochiis* inspectioni fidem adiungat? At enim „ et *Angelius*, et *Missorius*, homines in defendenda incurru„ ptione pugnaces, eam ut circumferebatur ex *Portiunculano* „ *MS. codice*, a se repulerunt. (Confer *Missorii* verba apud „ *Bollandian. loc. cit. num.* 181) Ut ruenti inspectioni Bistochia„ næ succurreretur, eam alio paratu instructam, ac cultam „ edidit nescio quis ex *Codice Barberino num.* 1228. Sed in „ novo etiam amictu *Bollandianis* iure displicuit; quod pro„ dunt *ibid. num.* 182., *et seqq.* Mihi vero ipum discrimen, „ quod inter *Portiunculanam*, ac *Barberinam* historiam sane „ maximum intercedit, argumento est, posteriorem a patro„ nis incorruptionis fuisse suppositam postquam prioris indo„ ctos artifices ludibrio habitos, et in flagitio deprehensos „ noverunt.

„ Ad extremam, *Piscullianam* scilicet, inspectionem ve-

Rugilium, atque Lombardium) enascetur inde argumentum tanto robore firmatum, perfringi ut nulla ratione queat. Argumentum istud quanta vi fuerit in rem nostram expositum a citato præsertim Rugilio, apud Bollandianos (*Analector p. 4. n. 16. et seqq.*) latius quisque, quam nobis statuta brevitas sinat, non absque animi voluptate contemplabitur. Nobis hæc summis, ut dici solet, labiis attigisse sufficiat. Ampliorem dicendi copiam sequens suppeditabit. (*a*)

„ nimus. Multa probant, eam esse portentum, *Patribus Conv.* „ multo prius, quam hæc causa ageretur, odio habitum, pu„ blicaque nota improbationis inustum. Id ut noscatur, satis „ erit referre animum ad ea, quæ de hoc argumento litteris „ consignavi in *Adnot. ad* §. 35., *et* 40. *prior. Opusc. pag.* 67., „ *et seqq.* „.

(*a*) „ Pollicitus fueras, Vir Clarissime, fidemque dederas „ §. 7. *huius tuæ Dissertationis*, te *scriptorum* tibi faventium „ *numero*, testium *oculatorum fide*, *ac traditione Propositio*„ *nem* tuam *Secundam* aperto in lumine collocaturum. De „ numero scriptorum, iam expensum a nobis est, quam mi„ nime deceat illi fidere, illumque persequi. Enimvero

„ *Enumerat miles vulnera, pastor oves*.

„ Nos autem neque apud imperatores stipendia meremus, ne„ que greges alimus. Haud melius tua probatio processit quoad „ *testium oculatorum fidem*. Etenim præclaras illas tuorum „ oculatorum testium inspectiones in *Adnotat. superiori*, „ quamquam non sine tædio legentium, nostroque, ad in„ cudem vocavimus; et, ut ut non multum operæ, ac tem„ poris placuerit illis impendere, intellectum est, totas ex „ levitate, futilitate, mendacio constare. Restat iam tibi „ tua firmanda *traditio*; et ad hanc modo propositi partem „ accedis. Ut, quod in te recepisti, naviter præstes. *Nos* „ *vero*, inquis, *tot exhibemus huius traditionis testes*, *quot* „ *ii fuere*, *qui aut suum scriptis protulere hac de re iu*„ *dicium*, *aut visitationes*, *et inspectiones illas enarrarunt*, „ *quas nuper commemoravimus*. Teneo. Traditionem tuam „ vis esse firmam, ac ratam iisdem probationibus, qui„ bus sacri corporis incorruptionem huc usque infeliciter

PROPOSITIO III.

Quæ contra hucusque dicta afferri solent argumenta, talia non sunt, quæ majorem illam probabilitatem, pro qua statuenda hactenus allaboravimus, valeant infirmare.

„ propugnasti, nempe *scriptorum*, qui *Pelbartum* ducem se-
„ quuti sunt, *numero*, et inverecundorum deceptorum aucto-
„ ritate, qui falsas *inspectiones* apud credulum vulgus sunt
„ ementiti. Hoc quum ita sit, a nobis verbum non est ad-
„ dendum, ut eam traditionem profligemus, cuius fundamen-
„ ta iam labefecimus, atque diruimus.

„ At etiam provocas ad peculiarem traditionem, quæ de
„ incorruptione viguerit *apud PP. Conventuales, Sacram præ-*
„ *sertim Assisiensem Basilicam incolentes etc. Cuius rei* (sic
„ enim subdis) *testes demus locupletissimos Angelium Rugi-*
„ *lum, atque Lombardium*. Nonne oportet nos iam manus
„ dare, iamque obmutescere, quibus obiicitur *peculiaris* apud
„ nonnullos *traditio*, eaque tantæ antiquitatis, ut innitatur te-
„ stimonio *Angelii*, qui scripsit, sæculo XVII ad exitum
„ properante (*Demonstrat. pag.* 23.) nec non *Rugili*, atque
„ *Lombardii*, qui paucis hinc annis vita excesserunt, ac cum
„ quibus nostrum multi amicitiam habuere, ac necessitudi-
„ nem constitutam?

„ Dixi *Demonstrat. pag.* 12. omnium primum *Pelbartum*
„ ausum esse contraire opinioni, quæ inveteraverat de Fran-
„ cisci membris, pro caduca hominum conditione, corru-
„ ptis, postquam per annos ferme trecentos (tot enim flu-
„ xere a D. Francisco ad Pelbartum) nemo quidquam contra
„ opinionem illam moverat. Non ego hic Adversarii censu-
„ ram evado; *et audacter quidem*, Adversario iudice, *affir-*
„ *mavi* putatum esse ante *Pelbartum* de Francisci corpore,
„ illud corruptione tabuisse. Sed cur ego in hoc audax?
„ Credo quia *assertionis istius* (id enim in me iacit Adver-
„ sarius) *testem nullum assigno*. At ego homo inconsultus,
„ rudisque putabam, quum naturæ leges hominum corpora
„ solvi post mortem iubeant, et repente *Pelbartus* erumpat,
„ qui neget de Francisci corpore, illud corruptione esse so-
„ lutum, id plane sufficere, ut *Pelbartus* dicatur in hoc re-
„ ceptæ, atque inveteratæ opinioni adversatus; ac ne id plu-

13. Vel ex ipsa enunciatione mens nostra cuique innotescit. *Neque enim ita singulas objectiones a nobis solutum iri confidimus, ut ubique et tenebræ a temporis diuturnitate invectæ omnino dissipentur, et evidentia undique eluceat.* Cete-

---

„ ribus verbis enunciem, putabam in huiusmodi negotio sufficere *probationem negativam*, ut aiunt, et a vetustiorum silentio petitam. Quod si quis ante *Pelbartum* opinionem de prodigio percrebuisse contendat, hunc ego censebam, quia prodigium conatur inducere, ac quia, ut *Devotus* docuit, contra *iuris præsumptionem* assurgit, testes proferre debere opinionis de Francisci corpore incorrupto ante *Pelbartum* dilatæ, ac fusæ. Sed ea est Adversarii inclementia, ut, quasi omni cura soluti vivamus, reiciat in nos earum probationum onus, ad quas congerendas ipsum incumbere, et elaboratam suis vigiliis demonstrationem afferre oportebat. (Recole *Adnotata ad §. 6. huius Opusc.*) Attamen habeas hic, lector, quamdam, si minus absolutam, saltem deformatam speciem illius probationis, quam Adversarius, liberalitatis meæ fontes sibi semper patere volens, requirit. Cogam enim unum in locum testimonia plura scriptorum, qui ante *Pelbartum* vixere, quique Francisci exuviis *ossium*, aut *reliquiarum* nomen imponentes, eisdem certe incorruptionis privilegium abnuerunt.

„ *Ioannes a Ceperano* qui *biographus* Francisci *secundus* appellatur a *Bollandianis*, *apud eosd. in comm. Præv. n.* 727. Basilicam Asisinatem ita describit: *Ubi preciosus OSSIUM SUORUM THESAURUS reconditur*.

„ D. Bonaventura Vitæ D. Franc. c. 15. *Erat revera condignum, ut quem Deus etc. in paradisum etc. transtulerat etc. eius iam vernantis inter flores illos cælicos plantationis æternæ OSSA ILLA FELICIA de loco suo pullulatione mirifica* (prodigiorum; de illis enim loquitur) *redolerent*.

„ Idem ibid. c. 16. §. 8. *Cum corpus Sancti Francisci deferretur ad locum ubi pretiosus OSSIUM EIUS nunc THESAURUS est conditus*.

„ *Idem ibidem*, paucis interiectis: *Appropinquans tumbæ, in qua OSSA SACRA fuerant collocata*.

„ *Alter e scriptoribus Vitæ D. Antonii Lusitani*, qui scribebat circa annum MCCLXX, cuiusque verba referuntur

rum neque caussa, qua de agimus, tantum sibi a nobis exposcit: quandoquidem dummodo rerum summa argumentis in superiori Propositione a nobis expositis directe suffragetur, eaque a cavillis liberet ita, ut in comparatione probabiliora videantur; adversariorum caussa, quæ moralem evidentiam jactat, et sine qua nihil profecisse putanda sit, omnino concidat oportet. Nunc ut ordine quodam procedamus, in triplicem veluti aciem totam objectionum congerem dispertimus. Etenim scriptorum numero, ac nomini, quos supra comme-

---

„ in *Summ. Demonstrat. num.* 2. *ibique num.* 21. *Tempore* „ *namque Capituli Generalis, quo SACRATISSIMÆ FRANCISCI RELIQUIÆ translatæ sunt ad locum, ubi debita* „ *veneratione requiescunt*.

„ *Ibid. num.* 44. habes *Flavii Biondi* in *Ital. illustr.* testimonium *Assisia arduo in colle sita civitas vetustissima etc.* „ *Seraphicoque Francisco, cuius servat RELIQUIAS, cive,* „ *et eius templo etc. ornatissima*.

„ *Ibid. num.* 45. se tibi sistunt verba *Pii II in lib.* 1. „ *Commentar. Huic* (Francisco) *nobile templum erectum est,* „ *in quo ferunt SUA OSSA IACERE*.

„ *Eugenius IV* in *Litteris* a nobis exhibitis *nov. Summ.* „ *num.* 2. ter exuviis Francisci nomen *reliquiarum* imponit. „ Inquit enim. *Accepimus Litteras vestras quoad provisionem* „ *faciendam circa RELIQUIAS B. Francisci*. Deinde: *Si dictæ RELIQUIÆ ad alia loca asportarentur, esset dare cau-* „ *sam desperationis illis de Assisio*. Ac denique: *Ut dictis* „ *RELIQUIIS nullum damnum inferri possit*.

„ Sane postremi isti scriptores, a prioribus non dissidentes, vixerunt sæculo XV, quo vixit *Pelbartus*, licet hic insequentis sæculi anno IX *Pomerii* sui prodigiosum partum „ effuderit. Qui autem ante illum scribebant, immo qui ætate eius vivebant, non aliter de Francisci corpore, ut noscimus, loquebantur, quam de exuvio, quod corruptio, exanimis omnibus corporibus infesta, depravarit. Si ergo de „ *Pelbarto* scripsi, eum omnium primum esse ausum opinioni iam inveteratæ refragari, quæ Francisci corpus fato „ incorruptionis communi subiiciebat, non id *audacter* constitui, sed vere: et iacta in me ieiuna, ac frigida petulantiæ calumnia evanescit „.

moravimus, priorum Franciscanæ historiæ Biographorum silentium opponunt: testium occulatorum fidei, contradictiones: traditioni, seram nimis originem. A priori itaque initium. (a)

Objectiones a priorum Franciscanæ Historiæ Biographorum silentio petitæ.

14. In limine sectionis secundæ primæ partis num. 3. en quibus verbis primam argumentorum aciem contra nos instruat doctissimus Demonstrationis Auctor: *non Thomæ Celanensi, non Joanni a Ceperano, non Tribus Sociis* (S.Francisci), *non D. Bonaventuræ, non ulli a scriptoribus illius seculi, quo vixit Franciscus; non denique scriptori ulli sæculi XIV, vel XV excidit verbum, quo Corpus S. Patriarchæ corruptioni haud obnoxium fuisse prodatur.* Quibus in *nota* de Bonaventura præsertim adnectit illud, nempe ne dum silentio, sed expresso

---

(a) „ Proponit, quid sibi deliberatum sit agere. Tamen „ non ita mea argumenta a se *solutum iri confidit, ut ubique et tenebræ* a temporis diuturnitate invectæ *omnino dissipentur, et evidentia undique eluceat*. Modeste. Non enim „ præfationis loco nobis illud *Iuvenalis* ingerit

„ *Credite me vobis folium recitare Sybillæ*;

„ sed, quamvis in *tenebras, a temporis diuturnitate invectas*, „ culpam conferat, lectoris animum parat, ut verba a se vanissima expectet, solidi nihil. Quid multa? Quæ præfatur, „ probo. Non nihil tamen illa me compungunt, quæ paulo „ post interponit de *cavillis*, a quibus sua se argumenta *liberaturum* pollicetur. Si *cavillorum* verbum, hic adhibitum, ad significationem apud Latinos communem magis, „ magisque vetustam exigas, erit plane a re extraneum. Sed „ Adversarii sententiam assequere, si *cavilla* hic pro subdolis „ artibus accipias, quibus veteratores utuntur vel ut aliis, „ perspectam veritatem tuentibus, negotium creent, vel ut, „ dum ipsi tenentur, Protei fiant, et ex adversariorum manibus elabantur. Id in me verbum adhibens Adversarius, „ nonne perspicuum facit, urbanitatis comitatis, modestiæ se „ culmen attingere?

quoque sermone sententiam de incorrupto Francisci Corpore reprobasse; quum Corpus illius jam *ossa felicia*, jam *pretiosum sacrorum ossium thesaurum*, jam *ossa sacra* nuncupaverit. Ibique Bollandianis subirascitur, quod suspicentur, loqui Bonaventuram rhetorum more, ac pro toto partem accipere. De scriptoribus seculi XIV, ac XV inferius, ubi de traditione, redibit sermo: nunc vero ad trutinam revocemus quo tandem Thomæ Celanensis, Joannis a Ceperano, trium sociorum, Bonaventuræ silentium evadat.

15. Quamquam historicorum silentium erroris, aut falsitatis suspicionem narrationibus iis injiciat, in quibus nacta occasione de eventu aliquo verba facere debuissent; nullum tamen criticos studioso præsidium offert, si abtrinsecus conjectare liceat, aut scriptores illos facta, et eventus, de quibus tacuerint, ignorasse; aut caussam non defuisse, cur agnitas veritates silentio presserint. Huic principio profecto minime refragabitur Demonstrationis Auctor, utpote qui in nota *B*. pag. 12. Lascaris verba referens, optime novit quid ille ad rem præscripserit, dum ait: *onde qualunque COSA POSSIBILE basta per indebolire l'argomento negativo a fronte dell' autorità affermante*. Adeout minime necesse sit, ut caussam silentio assignatam extitisse probemus, sed satis est si *possibilem* fuisse monstremus. (*a*) Si constet igitur, non repugnare, priores illos Franciscanæ historiæ scriptores aut rem igno-

---

(*a*) „ De argumento negante, cui nihil *positivi*, ut dicatur, admixtum sit, censui cum *Lascario*, subrui illud „ posse impressione quamvis levi. At in eadem mea *Adnotatione*, quam frustra in rem suam vertere Adversarius conatur, monui, aliud omnino statuendum, siquidem cum „ argumento negante *positiva* probatio coalescat; edixique, „ probationem, a me contra patronos incorruptionis allatam, „ ex negante simul, ac *positivo* argumento constare. Id si „ mihi gloriari sine mendacio licuit, quum *Demonstrationem* „ scripsi, licebit magis perspicuo iure id præferre, postquam „ in *Adnot. ad* §. 12. *huius Opusc.* seriem scriptorum explicavi, qui de Francisci exuviis ante Pelbartum verba facientes, eis *ossium*, aut *reliquiarum* nomen fecere, et hac ratione significarunt, quam nihil de sacri corporis incorruptione suspicarentur „.

rasse, aut caussam non defuisse cur agnitam tacuerint; negativum argumentum ex ipsorum silentio petitum juremerito aspernabimur. Atqui relate ad primum, antiquioremque biographum, Thomam nempe Celanensem, non tantum *possibile*, non *probabile* dumtaxat, sed *certissimum* est; prodigium Franciscani Corporis in pedes erecti ipsum latuisse. Scripsit enim ille, ut optime Bollandiniani ostendunt (*commentar. præv. n.* 4., *et seq.*), antequam Sancti Patris Exuviæ a D. Georgii Ecclesia ad Basilicam transferrentur. Silentium ergo ab eo petitum adversariorum caussam minime suffulcit. (*a*) Quoad reliquos vero, ne Bonaventura quidem excepto, quamquam res adeo explorata non sit, ut fidenti animo prodigium ignorasse dicamus, *probabilissimum* nihilominus est, reapse ignorasse. Quod ne gratis a nobis confictum quis suspicetur ut argumenti vim declinemus, sic habeas. Quamquam Angelius a Rivotorto prodigium erectionis Corporis S. Francisci (de quo

---

(*a*) „ Verumtamen si, quum scripsit *Celanensis*, nondum „ in Basilicam invectum fuerat Francisci corpus, tamen Heroem Sanctum inter Cælites iam Gregorius retulerat. Ritus „ enim, caeremoniasque sanctissimas, quibus ille adscriptus „ et Cælitum albo, si minus puro sermone, tamen aptissime, *Celanensis* expressit. At in solemniis illius diei debuit, „ ex more, Francisci corpus e terræ sinu educi, et loco in „ edito collocari. Id quum posceret ritus; quum nihil esset „ in mora, ne fieret; quum etiam *Stadensis* id factum tradat, et ipse *Celanensis* confirmet, dum prodigium quoddam ad Francisci sepulcrum patratum describit; nonne factum dicas? Si autem Francisci corpus tunc in lucem protractum est; cur non ispectum a Gregorio, quem peculiares impellebant causæ, ut Francisci exuvias subiectas oculis vellet? (Adeas *Adnotata ad* §. 25. *prior. Opusc.*) Si „ incorruptas Gregorius deprehendit, cur latere id omnes voluit? Aut quomodo, si rescivit aliquis, eas incorruptas esse „ repertas, non id rescivit *Celanensis*, qui Gregorii Pontificis „ iussu, Francisci gesta describenda suscepit, (Consule *Affoum* in *Præf. ad Vitam Heliæ*) ac cui decuit nihil eorum „ esse abditum, quæ Pontifex, ac lectissimi quique viri de „ rebus Francisci didicissent? „

inferius) contigisse scribat anno 1230, putat nihilominus Rugilius, Angelium in hoc errore labasci; utpote qui facili quidem lapsu notam 2. adhibens, aut legens in tabulariis loco alterius 3., scripserit 1230. pro 1330. (*vide Bolland. Analector. p. 4. n. 262., et seq.*). Neque immerito id Rugilius suspicatur. Etenim in opere, cui titulus *Speculum Vitæ S. Francisci, et Sociorum* habetur, F. Ubertinum a Casali, qui seculi XIII. vivebat, accepisse a B. Conrado ab Offida, Fratrem Leonem, aliosque Francisci socios enarrare, futurum aliquando, ut Franciscus præmature resurgeret (quod eidem Leoni Sanctissimus Patriarca post mortem revelaverat), quum nempe ordinem suum nimis vexatum iri contingeret. Id vero contigisse præsertim anno 1321. in quodam MS. Vaticano sub num. 4010. habetur, in quo ista leguntur: *incipit tribulatio, et tentatio, quam prædixit B. P. N. Franciscus . . . Et tribulatio incæpit anno Domini* 1321.

16. Quibus omnibus constitutis, quisque novit quantillum negotii facessat nobis primorum biographorum silentium. Si enim *qualunque cosa possibile basta per indebolire l'argomento negativo a fronte dell'autorità affermante*, cum nedum possibilitate, sed insuper probabilitate maxima eorum sententia fulciatur, qui putant, priores illos Franciscanæ Vitæ Scriptores, ne Bonaventura quidem excepto, ante prodigiosam illam Exuviarum Francisci erectionem narrationes suas scriptis consignasse; patet, minime de prodigio illo potuisse quidquam commemorare. Eamdem ob rationem tacuisse quoque dices Gregorium IX, cujus silentio tantopere fidit num. 11., et 12. Demonstrationis Auctor. Ille enim cum inter Cœlites Franciscum adnumeraverit secundo post ejus obitum anno nondum expleto, nonnisi prophetice de futuro prodigio in canonizationis diplomate potuisset mentionem injicere. Adeoque mirabitur nemo, dum scriptores eosdem audiat de Francisco loquentes, ipsius Corpus, aut *ossa felicia*, aut *ossa sacra* vocare: similive dicendi formula uti, quæ ceterorum defunctorum corruptionis statum significet.

17. Ut vero omnis altercandi præcidatur ambitio, dubia, sint, quæ de Ubertino narrantur (falsa enim ea dicere ex iis dumtaxat dubitationibus, quas ingerunt Bollandiani, æquitas ipsa non patitur). Detur propterea, neque Joannem a Ceperano, neque tres socios, neque Bonaventuram ignorare potuisse prodigium, si præsertim anno 1230., ut scribit Ange-

lius, contigisset (*a*) debuisse vero illud omnino memorare, nec ullam fuisse caussam cur tacuerint, negamus. Cujus rei ne videat e longinquo nobis exempla comparare, Bonaventuram statuamus contra seipsum. Quandoquidem vel ipsi Bollandiani animadvertunt, Sanctum Doctorem nonnulla, quæ

(*a*) „ Iam proprius ad veritatem accedit V. C. Adversa„ rius, ac plane sapit, dum *Rugili* techuam deserit. Fuit „ sane *Rugilus*, si legitima utor iu ingeniis æstimandi truti„ na, omnium patronorum incorruptionis longe ingeniosissi„ mus, sed qui per iusta, ac per iniusta, per verosimilia, „ ac per absurda, eo, quo pervenire studebat, contenderet. „ Itaque quum *Angelius* scripsisset, corpus Francisci tertia, „ postquam in Basilicam illatum est, nocte surrexisse, ac pe„ dibus cæpisse consistere; prodigium autem ab *Angelio* iacta„ tum, et in annum incidens MCCXXX, Bonaventuræ, alio„ rumque veterum, de rebus Francisci scribentium, silentio „ quateretur, ac rueret; in hoc rerum articulo *Rugilus*, cui „ ad audendum animi haud deerant, tempori editi in re„ viviscente corpore prodigii, per *Angelium* statuto, aliud „ tempus immo sæculum aliud suffecit. Pro. nota enim an„ ni MCCXXX, annum MCCCXXX adscribendum censuit. „ Ita quum prodigium serius fecisset integro sæculo, non „ erat mirandum, Bonaventuram, aliosque ætati Francisci „ proximo scriptores de re mira non meminisse, quæ, dum „ ipsi viverent, ac scriberent, nondum patrata.

„ Ut vero audaciam suam extenuaret *Rugilus*, causamque „ afferret emendatæ a se notæ temporis apud *Angelium*, et an„ ni MCCCXXX, anno MCCXXX subrogati, utebatur libro „ inscripto *Speculum Vitæ S. Francisci*, *et sociorum eius*, in „ quo Ubertinus quidam Franciscalis narrat, D. Franciscum „ tradidisse Leoni, socio suo, rem Franciscalium publicam „ turbulentissimis aliquando procellis iactatum iri, et *quod ad* „ *confortationem*, *et illuminationem* (Minorum) *ipsum resu*„ *scitaret piissimus Iesus in corpore glorioso*, *et ipsum faceret* „ *prædilectum parvulis suis visibiliter apparere*. At procellæ „ quædam (ita *Rugilus* ratiocinari) Ordinem Minorum exer„ cuerunt circa annum MCCCXXI; quod probat ob conten„ tiones, quæ *de Christi*, *et Apostolorum paupertate* apud „ Minores eo tempore iactatæ sunt. Ergo apud *Angelium* pro

de Patriarcha Sanctissimo certissima sunt, nec ipsi ignota, aut tacuisse penitus, aut alibi, quam in Vita Francisci, cursim indicasse. Profecto, Angelum sub Peregrini forma Francisci matri apparuisse, eique mirabilia de filio prænuntiasse, res compertissima est, uti narrat Wadingus, Bollandianis minime

---

„ anno MCCXXX ponendus est annus MCCCXXX, eoque
„ tempore Franciscus revixisse credendus.

„ At vero illud *Speculum Vitæ etc* cui tota moles Rugi-
„ lianæ emendationis incumbit, mendaciorum, ac figmento-
„ rum est *Speculum*; ut ipse *Wadingus*, qui non semper acrem
„ se iudicem in his rebus præbet parum huic libro, ac præ-
„ sertim quibusdam eius exemplaribus, deferat; quod disces
„ ex *Bollandianis in Comm. præv. de S. Franc. num. 26.*,
„ *et* 29. Insuper narratio Ubertini desideratur prorsus in MS.
„ illius libri exemplari Lovaniensi, quod *Patribus Bollandia-*
„ *nis* præsto fuit, et in eius editione, quam anno MDCXX
„ curavit *Guilelmus Spoelberchius*, Franciscalis ex inclita *Ob-*
„ *servantium* sobole, prelis Antuerpiensibus. (Confer *Bollan-*
„ *dian. Analector. part.* 4. *num.* 267.) Ea propter iure colli-
„ gas, fabellam Ubertinianam abfuisse a plerisque saltem
„ MSS. exemplaribus, quæ *Spoelberchius* consuluit, et a sub-
„ dolo aliquo incorruptionis fautore in aliquos *Speculi* codices
„ impudenter intrusam.

„ Præterea ratio, quam iniit *Rugilus*, ut se a difficultate
„ obiecti veterum silentii expediret, videtur statuere, pri-
„ mum exuvias D. Francisci computruisse, deinde vero anno
„ MCCCXXX integritati a Deo fuisse redditas, et quadam
„ quasi vita donatas. Hoc si ponit V. C. Adversarius, neces-
„ se est fateatur, neque Gregorium IX, neque Innocentium
„ IV, neque Alexandrum IV, neque Clementem IV, neque
„ Nicolaum IV, neque Æcubæam Cypri Reginam, de quibus
„ pompam egit *superius* §. 11, quum oculatos testes incor-
„ ruptionis recensuit; prodigii spectaculo interfuisse. Omnes
„ enim maturius anno MCCCXXX e vivis erepti sunt. Quid
„ igitur statuas, nisi incorruptionem tueri esse apertissime va-
„ nitatis, quum illam nequeas ab obiecto scriptorum veterum
„ silentio vindicare, quin vineta tua, quod in proverbio est,
„ cædas, teque præcipuo plerarumque inspectionum argu-
„ mento nudes, ac quum insuper illa quasi nova vita corpo-

refragantibus. Nihilominus id omne silentio premitur a S.Doctore, ceterisque ipso antiquioribus scriptoribus. Dicas idem de *Joannis* nomine a matre primum eidem imposito, quod deinceps in illud *Francisci* immutatum fuit a patre. Hac tamen de re Bonaventura in Vita a se descripta ne verbum quidem: quamquam hoc *in expositione regulæ* enarret (*vide Bolland. commentar. præt. n.* 66. *et seqq.*). Rursus edicant nobis Adversarii, an Bonaventura peculiarem Franciscani sepulcri locum indicaverit, etsi id indicare *inter præcipua historici munia comprehendatur.* Quæ pauca satis ostendunt, pluries S.Doctoris silentium indicio non esse, ipsum rem silentio prætcritam ignorasse. Sed (inquies) singulare privilegium illud de Corpore stante, et incorrupto, gravioris erat momenti, quam ut ab historico, a Bonaventura præsertim, non adiceretur, siquidem ipsi innotuisset: inde enim gloria maxima, immo ob rei novitatem singularis in Sanctissimum Parentem redundabat. Ita sane. Ast non vulgaris, neque mediocris profecto gloria est si quis Angelici Spiritus præconio celebretur. Bonaventura tamen hoc siluit. (*a*)

„ ris D. Francisci, in annum MCCCXXX. a *Rugilo* dilata, „ innitatur libro deploratæ auctoritatis, nec de ea testimonium „ adsit in omnibus eius libri exemplaribus, sed in iis tantum, „ in quæ cadit corruptionis suspicio?

„ Sed alio etiam ex capite neque *Rugilo*, neque Adver„ sario V. C. licet prodigium exsurgentis sacri corporis ab *An„ gelio* narratum, prout ex traditione manasse aiebat (Con„ sule *Demonstrat. pag.* 22.) ab anno MCCXXX ad annum „ MCCCXXX protrahere. Reviviscentem enim Franciscum, „ si *Angelio* auscultas, viderunt *quidam Francisci socii alter„ natim nocturnas excubias in Ecclesia intermedia maiorem „ ante aram facientes* (*Demonstrat. loc. cit.*) At enim, ut „ Francisci socii vitam producerent ad annum MCCCXXX, „ nempe centesimum quartum post obitum D. Francisci, opor„ tuisset eos viventium fuisse vivacissimos, ac Tithoni pro„ pemodum attigisse senectam; quod de eorum nemine litte„ rarum monumentis inscriptum legitur.„

(*a*) „ Nullam mihi notam veritatis habet narratio, quæ „ est apud *Pisanum lib.* 1. *Conform.* 4. *part.* v. de cælesti Ge„ nio, qui paulo post quam Franciscus, tunc recens ortus,

18. Ne tamen huic dumtaxat rationi, quasi potioribus aliis destituti, adhærescere videamur, caussam quoque habeas, eamque probabilissimam saltem, si certissimam dicere renuas,

---

„ lustralibus aquis ablutus est, *ad hostium domus etc. advenit etc. in specie peregrini, petens instanter a famula, ut puer Franciscus eidem ad videndum, et tangendum exhiberetur*, quique enim *in suis ulnis accipiens, stringens, et osculans* prædictione futuræ sanctitatis commendavit. Atque etiam monuit, *infantulum Franciscum in magna custodia gubernandum propter insidias demonum, qui de eius ortu turbati ad necandum eum multas insidias præpararent eidem*. „ Enim vero *Pisanus* totos hic fabularum modios, ut sæpe „ aliis *Conformitatum* locis apportat. Voluit enim inter Christum, ac Franciscum hoc etiam similitudinis intercedere, „ ut quemadmodum Christus puer Simeonis, pii senis, manibus exceptus est, utque Simeon multa de Christo futura „ cecinit Divini Spiritus instinctu; ita Franciscus præconem „ illustrem (legit autem e Cælitum concilio) futuræ sanctitatis haberet. In hanc viam ingressus anceps ille, captatorque *confirmitatum*, nihil absurdi respuit; nec a portento „ ullo mostrorum cavit, dummodo in hoc etiam Franciscum „ posset cum Christo componere. Et vero quam absurdum „ est, de eo, puero qui ad apicem magnæ sanctimoniæ evasurus esset, obstetrices, nutricesque moneri, ut ab incursu „ malorum dæmonum, eius vitæ insidiantium, omne ope, „ ac diligentia tegeretur! Fieri ne poterat, ut Franciscus sanctimonia excelleret, quod nonnisi adulto potuit contingeret, et idem a malis dæmonibus, dum puer in cunis vagit, enecaretur? De futura autem sanctitate Francisci ecquid malis geniis præcognitum esse potuit, quum ex theologicis disciplinis palam sit, ne bonos quidem genios *futura contingentia, et libera*, nisi adsit peculiaris a Deo revelatio, prænosse? Ac si noluit Deus malos dæmones ignorare, qui, quantusque futurus Franciscus esset, quomodo „ ii sperarent, puerum contra suas insidias vitalem haud fore? Rursum, etsi ponas, nihilominus improbos genios ab „ insidiis puero struendis voluisse non abstinere, at certe boni genii, quos de eo sollicitos *Pisanus* inducit, advigilabant „ eius saluti, nec ad eam tuendam ope femellarum egebant.

cur omnino de re maxima tacuisse credamus. *Compertissima res est, quamdam arcani legem, secreti nempe vinculum inter Franciscanos Alumnos ea tempestate viguisse, quo et Fran-*

„ Quare licet *Pisanus* ad fidem commento conciliandam mentionem habeat cuiusdam *antiquæ legendæ*, et auxilium imploret a *domina quadam Margarita vicina, et nota matri beati Francisci, matre referente, et pedissequa, seu famula beati Francisci*; numquam efficiet ut per copias istas, quas sibi e gynæceis parat, consistat fabula, quam *theologia*, ac rectus sensus evertit. Ex quibus patet, quam non fuerit exspectandum, ut D. Bonaventura ea fabula historiam suam fædaret, quam neque *Thomas Celenanensis*, neque *Ioannes a Ceperano*, neque *Tres Socii*, qui ante Bonaventuram describendis Francisci rebus operam perquam diligentem navarant, cognitam habuere, quamque dudum post Bonaventuram scribens *Pisanus* invenit, ornavit, ita tamen ut vellet a mulieribus pensa carpentibus esse profectam.

„ Quid *Ioannis* nomen in lustrali expiatione Francisco impositum? Quum ei omnis fama accesserit postquam Francisci nomine appellari cœptus est; quum Franciscus Minorum Collegium instituerit, Franciscus asperitate, atque innocentia viræ claruerit, Franciscus miracula patraverit, Franciscus stigmatum divinorum insignibus coruscaverit, Franciscus Pontificibus, Principibus, ac summis quibuslibet, infimisque in ore, in oculis, in corde fuerit; eratne tanti illa *Ioannis* appellatio, iamdiu oblivione consepulta, ut eius vitam scribens Bonaventura de eo nomine memoriam pati non posset intermori? Etenim, si pudor non est vera fateri, quid emolumenti ex eo percipimus, quod *Tres Socii*, quodque ipse Bonaventura post scriptum de Francisci vita commentarium, aggressus *Regulæ expositionem* nos docent de *Ioannis* nomine, quod Franciscus ad paucos dies, vel menses gessit? Vix enim Assisium reversus est pater, quo absente, lucem cæpit haurire, *Ioannis* nomen infanti impositum abolevit; et a Francia, cuius fortasse grata erat Bernardo memoria, quod inde lucro auctus discessisset, novum nomen imposuit.

„ Quod tacuit denique Bonaventura de peculiari Basilicæ loco, qui Francisci cineres condat (illatos enim fuisse in

cisci sepulcrum , et prodigium corporis erecti , atque incorrupti paucissimis dumtaxat innotesceret , reliquis vero omnibus celaretur : ut ita nimirum spes omnis præcideretur , atque aviditas retunderetur iis, qui Thesaurum illud pretiosissimum rapere molirentur. Id quod vel ipse Demonstrationis auctor ingenue fatetur , etsi silentium illud ad solius sepulcri notitiam circumscribat. Ipsius verba audias num. 62. *Visum est igitur pertinere ad Ordinis utilitatem , ac decus , ut quo peculiari Basilicæ loco latitarent cineres sacri , ipsi quidem scirent Ordinis Rectores , paucique cum illis delecti , arcanique servantes viri ; at reliquos id omnino lateret.* Noverit itaque Bonaventura ut supremus Ordinis Rector , noverint quoque Scriptores ceteri et peculiarem sepulcri locum, atque stantis Francisci Corporis prodigium. Quisnam hercule audeat ipsos objurga-

---

„ Basilicam satis diserte prodidit *cap.* 15.) modo obiicitur ab „ ipso Adversario; sed §. *insequenti* obiectio diluitur . Do , ac largior satis liberaliter, locum peculiarem sepulcri significare „ *inter præcipua historici munia comprehendi* ; in quo sine iniuria Adversario possim obsistere vel uno fretus *Anastasio Bibliothecario* , qui sanctorum Pontificum cadavera in *cœmeteria* , aut templa docens invecta, peculiarem *cœmeteriorum*, fanorumque locum eorum exuviis decoratum non solet adscribere . Sed tamen nonne Adversarius §. insequenti scribit : *Compertissima res est , quamdam arcani legem , secreti nempe vinculum inter Franciscanos Alumnos ea tempestate viguisse , quo etc. Francisci sepulcrum paucissimis dumtaxat innotesceret , reliquis vero omnibus celaretur* ? Nisi memoria labor, ac nisi mentem mihi caligo interturbat, *Franciscanus Alumnus* Bonaventura fuit , immo aliquando Ordinem rexit; ut mirum non sit, tacuisse, quod „ *arcani lege* , universo Ordini indicta , ac recepta, silere cogebatur .

„ Quæcumque igitur V. C. Adversarius Bonaventuram siluisse narrat de Francisco, aut falsa sunt, aut leviora, quam „ ut legentibus inculcanda forent, aut necessario silentio premenda . Quæ duo posteriora quum de prodigio incorruptionis pronunciari non possint, reliquum non est, ut de incorruptione non meminerit Bonaventura, quod prodigium hoc commentium sit, et de eo S. Doctoris ætate rumor nullus serperet „ .

re, quod arcani legem illam accurata servaverint? Bollandianis quidem minime probatur quoad prodigium allata silendi ratio; eo quia evulgari potius, quam celari pro rei magnitudine mereretur. Ast necesse foret novisse rerum, temporum, ac personarum adjuncta, ut de ejus legis gravitate, atque necessitate recte judicium ferre possemus. Profecto si sola sanctitatis fama urgebat plurimos, ut Francisci Corpus furarentur; quanto magis sacrilegum latrocinium timendum erat, si tanti miraculi magnitudo in vulgus proferretur? (a)

19. Ceterum abs re non fuerit huic adnectere Bonaventuræ verba, quibus Francisci Corpus quale post mortem apparuerit, describit. En illa: *Beato namque Viro migrante a seculo, spiritus ille sacer domum æternitatis ingrediens, fontisque vitæ haustu plenario gloriosus effectus, expressa quædam in corpore futuræ gloriæ signa reliquit, ut Caro illa sanctissima, quæ crucifixa cum vitiis in novam jam creaturam transierat, et Passionis Christi effigiem privilegii singularitate præferret, et novitate miraculi resurrectionis speciem præmonstraret . . . . Caro vero ipsius reliqua, quæ prius tam ex infirmitate, quam ex natura ad nigredinem declinabat, cando-*

(a) „ Ut fures arcerentur a Francisci cadavere, aut saltem ut, qui surripere conarentur, operam perderent, reque infecta, discederent, curandum erat, ut Basilicæ locus, in quo sacri iacerent cineres, esset aditu difficillimus, atque insuper vulgo esset ignotus. Primum perfecerat Helias, retruso corpore sacro in sinu rupis, cuius hiatum ara imposita obstruebat. Alterum arcani lex efficiebat, per quam rei consciis vetitum erat eam sermonibus divulgare. Nihil autem ad furtum prohibendum ab exuviis Francisci conferebat famam reprimere privilegii incorruptionis, quo finguntur præditæ. Immo fidenter dicam, privilegium incorruptionis, eiusque dilatam ad aures omnium famam valere potuisse ad prædonum retardandam audaciam, eosque metu perfundendos, ne facinus aggrederentur. Nam si ibi Deus Francisci exuvium tam mira suæ opis significatione honestasset, passurusne videbatur, inde illud a sacrilego aliquo amoveri, nec præsentes flagitii pœnas, easdemque severissimas, repetiturus „?

re nimio renitescens, *illius secundæ stolæ pulchritudinem prætendebat*. *Membra illius adeo mollia*, *et tractabilia se præbebant palpantibus*, *ut conversa viderentur in teneritudinem puerilis ætatis*, *et quibusdam cernerentur evidentibus signis innocentiæ decorata*. Rugilius, ac præsertim Missorius apud Bollandianos (*Analect. p. 4. §. XIII*, *et XIV.*) pluribus ostendere nititur, Bonaventuram verbis iis satis superque indicasse, et Francisci Corporis prodigium perspectum habere; seque dum arcani leges accurate servaret, portentum illud satis innuere velle. Nec immerito, si S. Doctoris verba accuratius expendantur. Lege sis loco citato Missorii argumenta, Bollandianorum argutiis nou omnino enervata.

20. Etsi vero nos ex iis minime simus, qui ex descripta per Bonaventuram Franciscani Corporis admiranda pulchritudine, mollitie, atque candore, prodigii illius perennitatem sequi debuisse putent; (*a*) nihilominus æquo animo ferre non possumus, nec silentio præterire, Demonstrationis Auctorem tantum sibi sumpsisse laboris ad prodigii rationem ab iis elevandam, quæ S. Doctor enarrat, ut divinare minime sciam quorsum tot conatibus tendere velit: nisi dicere velimus, timere se plurimum, ne statuto semel in Francisci Corpore miraculo, validior habeatur ratio ad ejus statuendam perpetuitatem. Præmiserat enim ipse num. 5., ex mira illa specie, artuumque mollitia enatam fuisse illam, quam sibi appellitare placuit *novitiam opinionem* de Franciscani Corporis incorruptione. Cujus assertionis patronos dat Bollandianos, etsi ubinam id ii affirment, minime nobis edicat. (*b*) Tum etsi *candorem*, *pulchritudinem*, *mollitiem* sacrorum Francisci Cor-

---

(*a*) Si tibi fixum est, atque receptum, Vir optime, speciem, flexilemque mollitiem in recenti Francisci cadavere „ deprehensam per diem certe non integrum, qui fluxit ab „ eius obitu usque dum est sepulcro mandatum, nihil pro- „ desse ad perpetuam incorruptionem firmandam; plane con- „ venit inter nos, nec de Bonaventuræ loco, a te §. *superiori* prolato, opus est me disserere „.

(*b*) „ Id mihi *Bollandiani* videntur minime dubio indi- „ cio testari iis ipsis verbis, quæ ex eis decerpsi, attulique „ *Demonstrationis pag.* 10. Loquuntur non Punice. Ve- „ lim invisas, quæ *adnotavi ad §. 29. prior Opusc. pag.* 53. „.

poris membrorum commemoret, deinceps tamen congerit plura, quibus demonstrandum assumit, artuum mollitiem, atque unius diei incorruptionem naturæ viribus haberi posse, quin ad miraculum confugiamus: *silet autem omnino de pulchritudine, atque candore*. Atqui vero si Bonaventuram, si Thomam Celanensem audiamus, Francisci Corpus nedum molle perstitit, et incorruptum; sed insuper Caro ipsius *candore nimio renitebat* adeo, *ut secundæ stolæ pulchritudinem prætenderet*. Jam vero carnem illam, *quæ prius tam ex infirmitate, quam ex natura ad nigredinem declinabat*, evadere per mortem *candore nimio renitentem*: membra insuper, quæ (ut ait Thomas Celanensis) dum adhuc Franciscus in vivis ageret, *rigida* evaserant ex contractione nervorum, *sicuti solent esse hominis mortui*, per mortem pessumdata pulchritudinem, et adspectum inducere *miro candore rutilantem, et lætificantem videntes*: id, inquam, posse naturæ viribus obtineri, quin miraculum intercedat; nemo, cui cor sapiat, somniaverit unquam. Quæ omnia ideo ab Adversariorum cavillis placuit vindicare, ut constet, non perperam affirmari, *Bonaventuram*, dum indicti arcani legibus sese accommodavit, *satis per verba illa Franciscani Corporis et integritatem, et incorruptionem perennem, siquidem prodigium noverit, indicasse*. (*a*)

(*a*) „ Inter me, ac V. C. Adversarium paullo ante con„ veniebat, ex pulchritudine, ac mollitie per diem non in„ tegrum in sacro cadavere deprehensa incorruptionem per„ petuam non posse sanciri. Ecce dissilit non satis tenaciter „ inter nos agglutinata concordia. Hic enim Adversarius con„ tendit, Bonaventuram verbis illis, quæ ex eo superius at„ tulit §. 19, quæque pertinent ad Francisci cadaver paullo „ ante anima destitutum, *Franciscani corporis integritatem, et* „ *incorruptionem perennem, siquidem prodigium noverit, in*„ *dicasse*. Qui legat hæc, nonne miretur

. . *Scena ut versis discedat frontibus, utque*
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni?

„ At cavit sibi Adversarius, ne manifestam pugnam sibi vi„ deretur indicere, dum integritatem, et incorruptionem pe„ rennem corporis D. Francisci eo loco traditam docet a Bo-

„ naventura, sed clausulam addit: *siquidem prodigium noverit*. Meminit enim se superius, nempe §. 15. ut veterum „ scriptorum, et in his Bonaventuræ, de incorruptionis pro„ digio silentium sibi esset innoxium, consilium cepisse cum „ *Angelio* commutandæ prodigiosæ incorruptionis in prodi„ gium reviviscendi; discessisse tamen in temporum ratione „ ab *Angelio*, qui rem miram affigit anno MCCXXX, ac „ cum *Rugilo* distulisse prodigium usque ad annum MCCCXXX. „ Ita gnarum, et ignarum prodigii vult esse Bonaventuram, „ et illius gnaros pariter, ignarosque vetustos scriptores, qui „ commentaria de Francisco exararunt. Idemque agnoscit, ex „ descripta ab illis in recens exanimato cadavere Francisci „ pulchritudine, candore, flexilitate argui non posse incorru„ ptionem eius diuturnam, atque manentem, §. *huius initio*; „ at deinde contendit, Bonaventuram (idem iudicium fe„ rendum esset de reliquis scriptoribus, in recenti eius cada„ vere describendo occupatis) per verba eius speciem cando„ rem, mollitiem *exprimentia satis etc. integritatem*, *et in„ corruptionem perennem etc. indicasse*; quæ scribit *hoc eod.* „ §. *in fin.* Nonne pro conclamatæ causæ indiciis habeas, Ad„ versarium, consilii, ingeniique non indigum virum, aliam, „ atque aliam, quamvis adversam, propositi sui tuendi ra„ tionem amplecti, et ex illa in hanc, ex hac in illam eun„ do, ac redeundo transfugere?

„ At queritur prætermissam a me disputationem de *can„ dore*, *ac pulchritudine*, quæ in Francisci cadavere occurre„ runt, donec sepulcro caruit. Quæso, si ipsa flexilitas, quæ „ certe perraro cadaveribus ad horas manet, satis firmum ar„ gumentum pro incorruptione prodigiosa suppeditare nequi„ vit, quia nimis breve experimentum de illa est captum; cur „ in cadaveris sacri pulchritudine, ac candore immorarer, quæ „ ad breve pariter tempus licuit in eo contemplari, et prodi„ gii suspicionem leviorem excitant? Fuit enim Franciscus, „ quum in humanis ageret, non inhonora specie, quantum „ ex antiquis tabulis discimus; ac licet toto corpore exilis, ac „ macie enectus pingatur, supra quam pingi vultus ab illius „ ævi artificibus soleant; non habes tamen, quoad oris linea„ menta, quod culpes. Quare quum in eius ore, ac mem„ bris semper dignitas fuerit; potuerit autem sine prodigio „ eius demortui corpus, antea subfuscum, albescere, sangui„ ne prope exitum vitæ ad cor affluente, aliisque humoribus

21. Sed orationis vela contrahamus. (*a*) Ad argumenti vim elevandam, quod ex Scriptorum numero pro demonstrando perenni Franciscani Corporis prodigio, a nobis desumitur, priorum historicorum silentium obiicit Demonstrationis Auctor egregius. Jam vero quia vel ipso fatente, *Qualunque cosa possibile basta per indebolire l'argomento negativo a fronte dell' autorità affermante*, cum nos hnc usque talia, ac tanta produxerimus, quibus clarissime conficitur, aut priores illos biographos prodigium istud latuisse; aut eos agnovisse quidem, sed debuisse illud silentio premere; jure concludimus, ex objectionibus hujusmodi secundam nostram Propositionem nullimode nutare. Ad alia nunc properemus. (*b*)

Quæ contra Testium oculatorum fidem opponunt.

22. Dicendi initium facimus ex eo, quod num. 16., et seqq. irridendo potius, quam ratiocinando convellere nititur Demonstrationis Auctor: scilicet anno 1230., uti affirmat Angelius, aut anno 1330., quod Rugilio placuit, Francisci Corpus e sepulcro emersisse (recole quæ ea de re diximus n. 15.) Res vero ita evenisse narratur. Religiosis viris noctu in Asisiensi Basilica excubantibus inopinato terræ motu visa sunt concuti universa, elevari Altare, coruscare lucem. *Qui præ ceteris summo deditis vigil aderat*, ad socios pergit excitandos, iisque rem ex ordine narrat: qui et a se terræ motum auditum fuisse dicunt. Putantes, aliquid ex ædificio corruisse, ad infimam se conferunt Ecclesiam. *Marmoream laminam* (verba sunt Angelii) *qua capsa claudebatur, aliquantisper amotam cernunt, superque eam Sancti Corpus erectum vident, e cujus vultu miri procedebant fulgores*, etc. *Observant opertorium marmoreum non adeo amotum, ut potuerit corpus ex ejus remo-*

„ a cute longibus sese subducentibus; non ego in eius pul-
„ chritudine, ac candore mihi sine compendio, ac fruge im-
„ morandum putavi „.

(*a*) „ Vela contrahit Adversarius, navigatione hactenus „ usus improspera.

(*b*) „ Epilogum refellere, postquam superiora, latius ab „ Adversario explicata, et nunc in angustum contracta, refu„ taverim, esset actum agere, et operam frustra conterere „.

tione prodire: immo per modicum illud spatium introspicientes, interiorem capsam omnino clausam mirantur. Jam noctis tenebræ rarescebant. Cum ergo socii propinquum diem recolerent, sæpius pedem, pectus, manum, tunicam Sancti Patris exosculati, abierunt. (a)

23. Hæc ad trutinam revocaturus Demonstrationis Auctor, præ primis cum Honorato a S.Maria animadvertit, pias opiniones nihil complecti debere *fabulosum ridiculum, quod fieri non potuerit*, et *superstitiosum*. Quibus statutis ad rem propius accedens num. 17., quanti Angelii narrationem faciat, per ea verba demonstrat: *Hic ego omni vocis contentione clamare cogor, fabulas has esse, sycophantias, præstigias, captiones, quibus minus cauti, ac periti teneri quidem possunt; viri experientes rerum, prudentesque illaqueari non possunt.* Nos igitur ne minus cauti judicemur, minusque periti, videamus quidnam *superstitiosi, ridiculi, impossibilis*, aut *fabulosi* in istis ipse deprehenderit; ut inde saltem constet, se non reclamantibus ex adverso æquitatis juribus, immo et jure merito narrationes hujusmodi et *fabulas*, et *sycophantias*, et *captiones*, et *præstigias* appellitare. Displicet in primis (ait ipse) ille terræ motus, quo omnia concuti, convellique visa sunt. Petam, cur tibi displiceat? Quia nempe *nimis hæc congruunt cum illis, quæ de Christo resurgente Evangelistarum testimonio freti tenemus.* Ast poteras æque et Francisci stigmata irridere, quia nimis hæc congruunt cum illis, quæ de Chri-

---

(a) „ Truculento rursum pelago Adversarius sese committit. Nec sibi laborem statuit in re proclivi. Non enim „ parvæ est operæ, Angelianam fabulam, sexcentis ulceribus „ insignem, ac fœdam (quod hoc loco aggreditur) sanare, „ et ex Hecuba quadam rugosa, ac turpi, infusis ungentis, „ nobis Helenam sistere. Interim, aliquis fortasse dicax improbabit, ac carpet illa Adversarii verba de quodam e Francisci sociis, *qui præ cæteris somno deditis vigil aderat*. Quoniam enim ille *socius* comparatur cum *somno deditis*, somno captus videtur; idemque, *quia vigil aderat*, vigilare. „ Ergo et somno, deditus erit, et vigilabit. Quod non mirum. „ Eo enim contendit Adversarii solleitia, ut res maxime adversas, ac vicissim pugnantes copulet. (Confer *Adnotata* „ *paulo ante ad* §. 20.) „.

sto jam resurrecto, et Apostolis apparente Evangelistarum testimonio tenemus. Esto fuerit in hoc ab aliquibus peccatum, ut omnia similia, ac pene gemina Christum inter, atque Franciscum statuere conati sint: numquid propterea jure affirmaveris, et in hoc fuisse peccatum, nisi prius ostenderis, aliquid *superstitiosi*, aut *ridiculi*, aut *impossibilis*, aut *fabulosi* referre? Ad reliqua igitur expendenda pergamus. (*a*)

(*a*) „ Franciscum gessisse vulnerum Christi vestigia, seu „ *stigmata*, non inficiabitur, qui Ecclesiæ auctoritatem, re- „ ctamque *Criticen* impudenter, atque indocte non spernat. „ Ecclesia enim, quæ impressorum Francisco stigmatum diem „ festum agit, in assensum nos rapit, vultque impressa fuis- „ se credamus. Eumdem a nobis assensum exprimit recta *Cri-* „ *tice*, quum sciamus, huic rei non defuisse oculatos testes, „ qui se dicerent inspexisse stigmata in adhuc vivo Francisco. „ Et quia persona non qualiscumque testimonii pondus ha- „ bet, non illud ab hominibus probitate, ac dignitate exper- „ tibus sumptum est, sed ab iis, qui utraque præcellerent. „ (Refer te ad *Demonstrat. pag.* 28. *in Not.*) Nec vero sine „ stultitia quis diceret, nullam apparere causam patrati illius „ in Francisco prodigii. Oportebat enim affectum dolore vul- „ nerum Christi de Christi cruciatibus haud intermisse cogi- „ tare, fixumque, ac collocatum quodammodo in eo animum „ habere. Surgebat etiam promeritorum seges ampla Franci- „ sco, dum ille excitatum ab inflictis vulneribus doloris sen- „ sum, atque ægritudinem non solum libenter, sed maiores „ cruciatus perpeti cupiens, ferebat.

„ Edissere nunc mihi, quid e prodigio corporis D. Fran- „ cisci, nova, ut narratur, vita donati, postquam illud in „ Basilicam invectum est, potuerit utilitatis exsculpi? Dices, „ per illud a Deo additum esse illius sanctitati luculentissimum „ testimonium. Audio. Sed cui bono prodigium, ac in imis terræ „ visceribus abditum? Illi ipsi cum Angelio eas sacri corporis in- „ spectiones tuentur, quas recensuit V. C. Adversarius §. 11. *huius* „ *Opusc.* inspicientium numerum exiguum constituunt; nec quem- „ quam ex iis, qui incorruptum exuvium inspexerint, aiunt minus „ honorifice de Francisco antea sensisse; ita ut opus fuerit Deum „ tantæ molis prodigium exerere, quo Franciscum sibi in primis „ gratum, et acceptum ostenderet. Quod si, ut incorruptio-

24. Queritur num. 20, nec se ferre posse affirmat, adeo contemni, atque excordem haberi ab Angelio, ut male cohærentia, immo invicem pugnantia non vereatur ingerere. Sed quænam tandem ista sunt male cohærentia, et invicem pugnantia? Scilicet quod *excubare*, et *vigilare*, et *orare* dicat, quos somno affirmat occupatos: quodque *dormientes* illos, ac *minime dormientes* asserat, qui terræ motum sensisse affirmabant. Quibus omnibus concutitur adeo, ut exclamare cogatur. *Miserum me! Quibus cum monstris, ac larvis cogor ego confligere!* Sed bona verba quæso. Adeo tu delicatulus, ut *monstrum* credas hominem enarrantem, nonnullos ex iis, qui oraturi ad Ecclesiam perrexerant, inter orandum somno

---

„ nem sacri cadaveris contra Gregorii IX, Bonaventuræ, alio„ rumque veterum scriptorum taciturnitatem tuearis, revixis„ se illud statuis non anno MCCXXX; sed sæculo serius, vi„ delicet anno MCCCXXX; primus seriem inspicientium bre„ vissimam auspicabitur Nicolaus V, qui accessisse ad Franci„ sci sepulcrum dicitur anno MCCCCXLIX. Alii enim, qui prius „ in serie inspicientium collocantur, ante annum MCCCXXX „ diem obierunt. At ab anno MCCCXXX, quo surrexisse „ Franciscus dicitur, ad annum MCCCCXLIX, quo visus „ Pontifici Nicolao, cui emolumento fuit patratum prodigium? „ Immane temporis spatium vides, sæculum excedens, quo „ nulli fuit usui, nulli cognitum, et infra terram latitans „ nullo Franciscum decore affecit. O conditionem ergo eorum „ miseram, quos commenti huius non pudet, eiusque tutelam „ gerunt! Nam, ut in præsentia prætercam, quot, quantisque „ unaquæque inspectio difficultatibus obruatur, aut illas cum „ *Angelio* a Gregorio IX auspicaris; teque tunc ipsius Grego„ rii IX, Bonaventuræ, ac veterum plurium silentium ever„ tit: aut illas a Nicolao V cum *Rugilo* ordiris; damnasque „ tunc tenebris per annos amplius centum tantæ molis pro„ digium, et Deum inducis otiosa patrantem miracula, quæ„ que intimus terræ sinus intercepta, contineat.

„ Interest igitur discrimen latum, ac magnum inter sa„ cra stigmata Francisco inusta, atque incorruptionis, quod „ obtrudere conamini, ostentum. Illorum veritas, utilitasque „ nemini non obvia est. Hoc et idoneis testibus caret, et uti„ litate destituitur „.

correptos obdormiscere: non ita tamen lethargo oppressos, minime ut validum sentiant terræmotum, etsi tamen omnino ac perfectissime non excutiantur e somno? Nonne pro varia corporis humani temperatione somno diversimode premimur; ac rumor idem hunc omnino, illum vero excutit parumper? Quorsum igitur *monstra* narrare dicas, qui refert, illum, qui plenissime vigilabat, rem integram ex ordine iis retulisse, qui vix terræmotum perceperunt? Profecto timidissimus sit ille oportet, qui vel meridiana luce fulgurante, undique sibi monstra occurrere timet. (a)

25. Sed ecce portentum alterum, quod in Angeliana narratione mireris. Fuisse Francisci Corpus emersum de sepulcro *clausa penitus arca interiori, operculo vero exteriori non adeo*

(a) „ Me neque *timidissimum*, neque *delicatulum* (quod „ non sine maledicto in virum iacitur) hoc ipso tempore „ prodo, dum utcumque fero, aliquos ob istam defensionem „ a me abalienari, et unus contra multos, multorumque odia „ consisto. Sed iniurias persequi, quibus ab Adversario crebris „ afficior, non est huius arenæ. Facerem, si gravitatem, ac sanctitatem iudicii essem oblitus. Quod intimum est causæ, quam „ non minore fortitudine tueor, quam diligentia, nunc quæro.

„ Quum terra leviter movet, fortassis qui arctissimo somno tenetur, non expergiscitur. At quum omnia concutiebantur, ac quassabantur motu illo terræ, quem describit „ *Angelius*! *MAGNUM* (inquit *lib.* 1. *tit.* 15 *Coll. Parad.*) „ *extemplo TERRÆ MOTUM percepit*, *quo TOTA videbatur MACHINA EVERTI*; *præcipue ALTARE MAIUS* „ *ELEVATUM conspexit*, ab eoque veluti *lucem emitti*: *PAVIMENTI quoque LAPIDES SEIUNGI ab invicem, et* „ *exinde varii luminis radii oriri etc.* Qui dormiat dum tanta „ ruina circum undique omnia convelluntur, is non dormit, „ sed lethargicus est; non lethargicus, sed letho extinctus. „ Iam hoc satis *ridiculum*, et *fabulosum*, quoque narratio mereatur explodi. Quibus si alia addis non minus cum recto sensu pugnantia, quibus *Angelii* narratio adspergitur „ (*Demonstrat. pag.* 24, *et seqq.*) fabulam habes, qua audita, Parmeniscus ille, qui apud *Athenæum lib.* 14. c. 1. risum amisisse fertur, non modo illum, quin Delum pergeret, recuperasset, sed risisset effuse „.

amoto, *ut potuerit corpus ex illius remotione prodire*, fabulam disputatori sapit: ac sciscitari pergit num. 21., cur non exterior quoque arca perfecte clausa perstiterit? *Aut cur* (arcæ operculum) *aliquantisper*, *factaque rimula amotum est*, *non vero adeo revolutum*, *ut inde humanum corpus sine novo prodigio exilire foras posset?* At vero tu quantulus es, ut Deum in Francisci gloria amplificanda pro modulo tuo operari debuisse præsumas? Num divina virtute id fieri potuisse negabis? Quod si fieri potuisse concedas, meminisse oportebat, minime licere narrationi detrectare fidem, nisi saltem in ea *fabulosum* aliquid, aut *ridiculum*, aut *superstitiosum* deprehendas. Quo vitio cum minime Angelii descriptio laboret, exigunt æquitatis leges, ut eidem adhæreamus quousque aliunde non constet, ipsum sycophantam, impostoremque fuisse. Sed ea de re inferius recurret oratio. (a)

(a) „ Si *Angelio* fides, Francisci corpus foras prosiliens „ gemina emersit ex arca: quarum interiorem evasit, quin „ illa reseraretur; exterioris vero operculum, eo prodeunte, „ tantisper amotum est. (*Demonstrat. pag.* 26.) Id ego ab„ surdum putavi, *Angeliumque* huiusmodi argumento pressi „ *ibid. pag.* 27. *Aut D. Francisci corpus spiritalem naturam* „ *momento illo temporis indueral*, *aut concretum crassis ex* „ *partibus more cadaverum reliquorum manserat*. *Si primum*, „ *ut prodire foras potuit*, *quin arca interior recluderetur*, *ita* „ *nec arcæ exterioris operculum tantillum amovendum fuit*. „ *Si postremum*; *et interior*, *et exterior arca patere debue*„ *runt*, *tantumque patere*, *ut vero corpori egressus inde da*„ *retur*. Ex iniecto laqueo ut *Angelium* suum V. C. Adver„ sarius solvat, monet hic me meæ tenuitatis; quam ut fa„ tear, ipso monitore non egeo. Tum indignabundus inter„ rogat: *Num divina virtute id fieri potuisse negabis?* Ita „ plane. Nego, id Deum potuisse patrare. Non enim potuit „ Deus eodem tempore Francisci corpus induere, et non in„ duere spiritali natura, ut posset, et non posset e clausis „ arcis erumpere. Id quum statuimus, divinæ potentiæ contu„ meliam non irrogamus. Quædam enim *non potest* Deus „ vel quod illa invicem, vel quod divinis attributis repugnent. „ Tunc vero illud *non posse* non imbecillitatis in Deo est, vel

26. Nunc vero ut inspectiones illas ab Adversariorum dicteriis vindicemus oportet, quas num. 11. a nobis relatæ fuere. Verbis paucissimis caussæ defensor a tot historicorum narrationibus se expedire conatur Demonstrationis num. 15. Vix enim paucissimis enumeratis, ita breviter de iis sententiam dicit. *Quibus in commentis refellendis multum operæ Bollandiani insumpserunt, perfecerunlque ut omnes cernant, illas inspectionum sacri corporis historias nihil aliud esse, nisi errorum fraudumque cubilia.* Utinam vero moderationem illam fuisset ipse imitatus, qua usi sunt Bollandiani: qui quamquam pro munere dubitationes expenderint, certaque ab incertis accurate distinxerint; numquam tamen sunt *fraudem* suspicati. (a)

„ coactionis, sed perfectæ naturæ. Ita me *Petavius*, et allati ab eo gravissimi scriptores docent *de Deo lib.* 5. *c.* 7.

„ Hic finem facit Adversarius suæ pro traditione Angeliana accuratissimæ defensionis. Quid profecerit, vides. „ Mea sententia, *camino oleum addidit*, *ut Horatius* loquitur „.

(a) „ At ego sic didici, suis res nominibus, quum causa „ postulet, esse appellandas, nec simultatum, aut invidiæ „ metu ullam suscepti muneris partem esse prætermittendam. „ Quid mihi *Bollandianos* memoras in secessu litterario, atque umbratili de corrupto, atque incorrupto Francisci corpore disputantes? Illi tamen, licet procul a clamore, atque „ alea iudicii rem agerent, nullam inspectionum incorrupti „ corporis D. Francisci sine censura abire sunt passi (*Analector. de Sanct. Franc. part.* 4. §. 3. *et seqq.*), et modo „ de *interpolatis* documentis (*ibid. num.* 88.) modo de *fabulatoribus* (num. 119.) modo, *Rugili* verbis utentes, de „ *Wadingo in recipiendis*, *æstimandisque* inspectionum *monumentis æquo faciliore* (*num.* 159.) modo de *fide* narrationum *nonnihil dubia* (*num.* 200.) modo etiam alia conquesti sunt. Mihi vero qui in pulvere, et in ipso iudiciali „ discrimine versor; qui causam ago, postquam sub ara maxima Asisinati, ubi traditio, et lampadum fulgor conditum „ esse Franciscum docebant, sacras reliquias inspicere datum „ est; quique ex confictis, ac temere vulgatis antiquis inspectionibus id cladis importari, video, ut absit honor a san-

Ut itaque pro muneris nostri ratione quanta inspectionum hujusmodi sit virtus ad sententiam Franciscani Corporis stantis adhuc, et vividi contutandam ostendamus, unum, aut alterum ex indubiis, atque cuilibet perspectis criticæ canonibus præmittamus oportet.

27. Atque in primis si inter plures historicos, conditione, ætate, natione diversos, *qui non eodem studio, neque inita inter se mutuo conspiratione, aliqua scripserunt*, de facti substantia convenit; non ideo eos mentitos fuisse putabis, quod in adjunctis enumerandis, ac describendis a se mutuò dissentiant. Etenim si verisimile putandum non est, plures, etiam coævos, absque utilitate ulla ad fallendum coire velle; multo minus verisimile, immo nec possibile dixeris, eos, qui diversa ætate scripsere, in mendacium conspirasse. Quia vero ita sunt homines natura comparati, ut rei summam præcipuæ spectantes, desides in reliquis, minus accurate, quæ factum comitantur expendant; æquitas minime patitur, ut errore in circumstantiis deprehenso, mendacii quoque, aut erroris in omnibus eos insimulemus. (*a*)

„ ctissimo cinere, suoque iure, fraudetur; non est ea invi-
„ denda in loquendo libertas, quæ magnitudini causæ, et
„ periculo violandæ pietatis respondeat.

(*a*) „ Ab isto canone mihi tamquam a venenifero angue „ cavebo. Dum enim in rebus historicis non inquiris in ætatem, et consilia eorum, qui primi rem aliquam scripto „ mandarint (addis enim illud *etiam coævos* quasi ornamenti „ loco, et explanationem canonis *coævi* pro exemplo, non autem „ ipsum canonem ingrediuntur) ac dum ponis, multos, multarumque gentium scriptores ad rem aliquam firmam, ac ratam „ faciendam, ablegata inquisitione omni de eorum gravitate, sufficere; viam amplissimam, ac liberrimam deceptioni paras, nosque doctis impostoribus, eorumque credulis asseclis ludum, „ ac iocum tradis. Vereor, ne ope istius canonis, ad quem narrationes exigis, constitui possit, femellam quamdam post „ Leonem IV ad Romanas infulas, soliumque adrepsisse. „ Etenim, ut *Garampius Cardinalis de num. Argent. Benedicti III cap.* 1. vera haud dissimulans, scripsit. *Si rei* „ *tam incredibilis qui sint testes etc. quæramus, maximam* „ *quidem scriptorum* (eamque plurium gentium) *copiam re-*

28. Secundo: Si scriptor quipiam alicujus rei veritatem probaturus certa incertis, vera falsis admisceat, incuriæ qui-

---

„ periemus, qui ei fabulæ temere fidem adhibuerunt. Sed pergit: *At si eorum antiquitatem perscrutemur, nullum XIII sæculo, eoque labente inveniemus vetustiorem*. Ita vir sapiens; eoque argumento tum *Garampius*, tum ante illum utentes alii exturbarunt pontificia sede femineam larvam. Veruntamen Romanam cathedram eo monstro, ac portento inficiemus, si negligentes notationem temporum, et ætatem, fidemque scriptorum, qui primi narrationem aliquam cuderint, statuemus, nihil nobis fabularum esse reiiciendum, dummodo late fusum, a multisque inculcatum inveniamus.

„ Et quoniam ideo lex ista Critices figitur (quod §. 30. deinde patebit) ut inconsiderate fecisse putetur *Lombardius*, qui quamvis incorruptioni patrocinaretur, tamen inspectiones omnes sacri corporis, ut technas ad fallendum inventas, et ingenuo homine indignas, abiecit; animadvertendum est, ipsam legem, ut ut iniquam, et abrogandam, reiiciendarum inspectionum necessitatem nobis imponere. Scriptoribus quidem, nullo delectu sumptis, dummodo multi sint, variique gente, et ætate, conciliare fidem studet V. C. Adversarius, sed hac exceptione, si neque *eodem studio, neque inita inter se mutuo conspiratione aliqua scripserint*. Etenim si coniuratio coaluit, si partium studia mentes inflammant, sane veritas odio est, ac

„ *Tunc immensa cavi spirant mendacia folles*.

„ Sed qui dixeris sine conspiratione, ac partium studio inspectiones, corporis D. Francisci in vulgum satas? Equidem doleo adeo me in angustum cogi, ut, quod inviti aliqui audiant, mihi sit exponendum. Meæ tamen causæ deesse non possum. Cardinalem quemdam usurpasse oculis incorrupti corporis prodigium, comminiscitur Pelbartus Franciscalis, sæculi XVI non longe ab initiis. Tunc, veluti signo dato, Franciscales alii similia excogitant, rati fortasse pium se officium Francisco tribuere, quum illum privilegio incorruptionis augerent. Integris duobus sæculis, nempe a XVI ad XVIII, Franciscalium familiis idem ardor, ac studium,

dem, immo interdum pro narratæ rei qualitate mendacii quoque jure illum coargnas: *minime vero omnia, quæ ad rem suam adducit falsa esse putabimus, si præsertim eorum nonnulla satis validis monumentis fulciantur.* Culpa enim, et oscitantia scriptoris id a nobis expostulat, ut vera secernamus a falsis, certa ab incertis: tantumque fidei narrationibus iis tri-

---

„ excogitatis, et inventis aliis, aliisque inspectionibus, incor-
„ ruptionis commentum fulcire. De inspectionibus nonnullis
„ dilata est fama, quin ullis monumentis confirmarentur.
„ Aliæ documentorum fide corroboratæ in vulgus emanave-
„ re. (Recole *Adnotata ad §. 11. huius Opusc.*) Omnes ta-
„ men Franciscalium in claustris exortæ sunt, sique præsidio
„ documentorum non carnere, Franciscalibus hominibus or-
„ natum illum, ac cultum debent, quo scriptores extraneos
„ aliquando fefellerunt, meruerunique ab iis pariter memo-
„ rari. Hæc ego quidem earum auctoribus non exprobro; non
„ crimini verto. Velificati enim sunt studio hominum ætatis
„ suæ, quibus nemo pcterat sine alte exaggerato cumulo pro-
„ digiorum placere. Qua excusatione, ut alias memini, *Ca-*
„ *nus de Loc. theol. lib. 11. c. 6.* scriptores huiusmodi ele-
„ ganter tegit, nobisque purgat. Etenim *vulgus sentiebant non*
„ *tantum ea facile miracula credere, sed impense etiam flagi-*
„ *tare. Itaque signa nonnulla, et prodigia etc. memoriæ pro-*
„ *diderant, non quo ea libenter credidissent, sed ne deesse*
„ *fidelium votis viderentur. Id vero eo magis sibi licere exi-*
„ *stimarunt quod intellexerunt, auctoribus nobilissimis placuis-*
„ *se, veram historiæ legem esse, ea scribere, quæ vulgo ve-*
„ *ra habeantur.* Sed quamvis aptissime hæc ad eornm patro-
„ cinium, ac purgationem afferri queant, qui ispectionum
„ ornandis fabulis insudarunt, non ideo tamen minus est ex-
„ ploratum, deberi universas hominum Franciscalis Ordinis
„ industriæ, et in eamdem rem conspiranti consilio. At si, ex
„ Adversarii canone, scriptorum rem aliquam tradentium nu-
„ merus nihili faciendus est, quum illi *eodem studio*, atque
„ *inita inter se conspiratione aliqua scripserunt*; haud gravate
„ feret legis huius lator doctissimus, narratiunculas inspecti
„ corporis D. Francisci nobis insigniter contemni, ac nauci
„ non esse „.

buamus, quantum fontes sibi vindicant, ex quibus ea derivantur. (*a*)

(*a*) „ *Si scriptor quipiam alicuius rei veritatem probaturus certa incertis*, *vera falsis admisceat*, in eum ego ita „ me geram, ut ea tantum in illo recipiam, quæ *satis validis*, ut ipse habes, *fundamentis fulciantur*. Nam si scriptorum nemini, qui res antiquas, ac sua tempora excedentes tradat, habenda est fides, nisi probatis ex fontibus illas „ hausisse comperiatur; cautius agam, ac, nonnisi adducto „ testimonio veterum documentorum, ille me sibi assentientem habebit, qui meum a se iam animum averterit, quemque *certa incertis*, *vera falsis admiscentem* deprehenderim. „ Et quoniam scriptorum huiusmodi duplex est genus, unum „ scilicet eorum, in quibus inter errores plurimos aliquis ingenii candor elucet, ut videantur, non dedita opera, sed „ iudicii penuria, veris falsa sociare; alterum autem ex nequissima veteratorum cohorte constans, qui scientes, volentesque veritati bellum indicunt, et non infirmitate mentis, sed malitia lectores suos fallunt; pro diversa eorum „ indole, plus, minusque severitatis assumam. Primis, quum „ dicant sibi in promptu fuisse aliqua documenta, e quibus „ rem, quam tradunt, eruerint, fidem habebo, si fontes, „ unde sumperint, liquidos ducam, nulloque cœno turbatos. „ Alteris vero illis, fallaciarum architectis egregiis, quique „ venire, nos captatum solent, nihil credam, licet iuratis, „ nisi meis oculis documenta exponant, unde, quæ narrant, „ acceperint. Fortassis scriptoribus huiusmodi fidem aliquam „ adiungam, quum sermo est de rebus, quas agunt non magno conatu, quæque non sint ex præcipuis partibus, quas „ sibi in opere elucubrando sumpserunt. Atque hac ratione „ video se prudentissimum quemque ex *Criticis* gerere in „ scriptorum, atque historicorum præcipue, auctoritate pensanda. Severitas nimirum, atque iudicium varium debet esse, ac multiplex pro indole scriptorum, quos expendimus, „ ac pro rebus, de quibus agunt.

„ Canon autem, qualis hic proponitur ab Adversario magis est, ad veritatem involvendam, quam ad eam enodandam accommodatus. Sermo habetur de scriptore, qui *certa* „ *incertis*, *vera falsis admisceat*. De eo statuis, *minime omnia*,

29. Quibus constitutis, eo, unde digressa fuerat, regrediatur oratio. Contra canonem secundo loco positum ii mihi peccare videntur, qui unico Angelii opere inspecto, glomeratim omnia, quæ ipse ad suam caussam affert, aut rejiciunt, penitus, aut omnino probant. *In hoc siquidem, me judice, ille deliquit, quod totus in eo positus, ut tum Francisci sepulcrum in Asisiensi Basilica, tum Corporis illius prodigiosam stationem in ea pariter comprobaret, quotquot ex Conventus tabulariis rescivit, Asisium perrexisse venerandi caussa D. Francisci Exuvias, si dignitate præsertim, ac honore ii præstarent, omnes illud propriis oculis conspexisse putaverit.* Hinc fortassis factum est, ut erectionis Franciscani Corporis prodigium non quidem anno 1230., quod suspicatur Rugilius, sed potius anno 1330. evenisse judicaverit (n. 15.) ut ita nempe visitationes Gregorii IX anno 1235., Innocenti IV anno 1253. Clementis IV anno 1265., tum Æcubææ Reginæ Cypri anno 1240., aptis temporibus consignaret, ne impossibile quis diceret, eosdem propriis oculis Francisci Corpus in pedes erecti adspexisse antequam fuisset e sepulcro emersum. Id quod Lombardio item (cujus judicio tantopere fidere videtur Demonstrationis Auctor num. 15., quamquam et ille prodigiosum Francisci statum supponat) occasionem dedisse crediderim, ut diceret:

„ *quæ ad rem suam adducit, falsa esse putanda, si PRÆSERTIM eorum NONNULLA satis validis argumentis fulciantur*. Primo quidem quid attinuit huc inserere illud *præsertim*, quum scriptori falsa cumulanti nullam aliam ob caussam possim in aliqua re fidem adiungere, nisi quod in illa saltem, ob allata suæ narrationis fulcimenta, a vero non abscessisse noscatur? Deinde, quam artificiose additur *EORUM NONNULLA*, quamtamque obscuritatem, de industria quæsitam, illorum verborum accessio parit! Credam *NONNULLIS*, *quia satis validis argumentis fulciantur?* Non derogabo fidem *NONNULLIS*, si *EADEM NONNULLA validis argumentis fulciuntur*. Si autem petis aliquid magni momenti credam scriptori, qui *certa incertis*, *vera falsis admiscet*, quod *NONNULLA ALIA* in eius libro *satis validis argumentis fulciantur*; frustra me obtundis: nec ego tam bardus, ut pulchre compositis dolis capiar „.

Non posso non entrare nel savio giudizio de'Bollandisti, e non approvare que'giusti motivi, pe'quali tengon essi relazioni cotali per sospette.

30. Ceterum si Lombardius omnes omnino inspectiones illas ut dubias rejicit, peccavit et ipse in canonem primo loco (n. 27.) statutum: ac in eumdem peccat quisquis eodem titulo inspectionibus reliquis ab Angelio relatis mendacii, aut erroris notam inurat. Neque enim ipse proprio e cerebro narrationes illas eduxit: sed testes exhibet innumeros ætate, studio, nationeque diversos. (a) Et sane visum fuisse sacrum

---

(a) „ Ita pro *Angelio* dicit Adversarius, et ita illi advo-„ catus venit, ut eum stultis omnibus stultiorem faciat. Ad-„ versarii enim iudicio, *Angelius* eo stuporis pervenit, ut „ *quotquot ex Conventus tabulariis rescivit Assisium perrexisse* „ *venerandi causa D. Francisci exuvias, si dignitate præser-* „ *tim, ac honore ii præstarent, omnes illud propriis oculis* „ *conspexisse putaverit*. Incredibilis est sane in *Angelio* mi-„ nime litterarum experte, adeo pinguis error, ac rusti-„ canus; ac plane præciditur eius a crimine fraudis defenden-„ di facultas. Sed quisquis fuerit *Angelius*, ac quamvis pro-„ posito sanctissimum illum fingas, iure, ex iis quæ paullo „ ante adnotavi ad §. 27., petam ab eo, qui inspectiones mihi „ vendidat a sua ætate tam remotas, mecum documenta com-„ municet, per quæ de illis rescivit. At vero in expositas ab „ *Angelio* inspectiones, revocatasque in lucem ab Adversario „ §. 11. *huius Opusc.* aliquid, cursim licet, animadvertimus, „ ac palam fecimus, earum plerasque tantum *Angelii* dicto „ defendi, et omni documentorum præsidio esse nudas; ali-„ quas vero propugnari ab eo documentis, quæ nihil ponderis „ apud eos, qui sapiunt, obtineant.

„ Quum tantis difficultatibus obnoxiæ sint tum Angelianæ „ inspectiones, tum quas *Rugilus* Angelianis adiecit; imme-„ rito culpatur *Lombardius*, quasi facile territus, et animo „ consternatus ob nugas nonnullas, quas *Bollandiani*, inspe-„ ctionibus adversi, garriebant, eas indefensas, contemptasque „ reliquerit. Ita profecto est, si placet superis. Adeo infimo „ in subsellio Criticorum sedebat *Lombardius*, ac tam remisse „ oderat *Flaminium Laterem*, qui (mitto sermonem facere „ de corruptione) contendebat non constare, ubi nam gen-

Francisci Corpus ad instar viventis, atque stigmatibus ornatum anno 1354. a Carillo Cardinali Albernotio, narrat Joannes Spalveda natione Hispanus, Pelbartus Minorita genere Pannonius, Petrus Rodulphius Conventualis Episcopus Senogalliensis, Petrus de Alva et Astorga ex Observantibus, denique Wadingus. Idipsum conspexisse Nicolaum V Romanum Pontificem anno 1449. narrat Jacobus Oddo ex Observantibus, Nicolao synchronus, Marianus Florentinus, Marcus Ulissiponensis Episcopus Portugalliensis, ac Bancius. Illud quoque contemplatum fuisse anno 1457. Franciscum Sfortia Mediolansium Ducem, affirmat Wadingus: qui ex MS. Mariani et Marci similiter collegisse dicit visum fuisse a Xysto IV anno 1476. Vidit æque Galeottus de Bistochis anno 1509., quod ex MS. sibi ab Observantibus e Cœnobio S. Mariæ Angelorum transmisso collegisse affirmat idem Wadingus, atque Rugilius ex *fide* (ut ait) quæ in bibliotheca Barberiniana extabat. Omnium denique postrema, eaque celeberrima est inspectio peracta a Rmo P. Piscnlli Ordinis Conventualium Ministro Generali anno 1607., cujus narrationem anno 1626. sub die 6. Februarii descripsit P. Tinaccius ejusdem Pisculli tunc a Secretis. (*a*)

„ tium Francisci exuviæ conderentur, ut sine considerato, ac „ diuturno examine, iacturam faceret argumenti gravissimi, „ quo Adversarium premeret, et lateritiam impudentiam frangeret. Si enim datum esset aliquibus, Francisci corpus in „ Basilica oculis suis pervium habere, traditioni, et Pontificiis diplomatibus, quæ illud in Basilica statuunt, non necessarius quidem, sed tamen aliquis, nec parvæ molis cumulus accessisset.

„ Illud monendum inspectiones quascumque incorrupti „ corporis D. Francisci non solum suspicione falsitatis laborasse penes *Lombardium*, quod eius verba produnt ab Adversario repræsentata, sed deinceps sine ambage; atque involucris ab eo falsas dici. Scribit enim earum historias *non* „ esse *da attendersi QUANTO AL FATTO delle visite*. Numquam ergo factæ, ac mera figmenta „.

(*a*) „ Non *Ioannes Sepulveda*, sed Ioanne senior *Pelbartus* pater est, ut fabulæ incorruptionis, ita et inspecti incorrupti corporis D. Francisci ab *Ægidio Albernotio Cardinali*. (Recole *Adnotata ad* §. 2. *prior. Opusc. pag.* 17., et

31. Quid vero ad hæc omnia Adversarii? Scilicet non verentur historias illas *errorum*, *fraudumque cubilia* (*num.* 26.) appellare, Bollandianorum præsertim freti auctoritate. Ast in primis Bollandianorum, quæso, nomini parcas. Ii enim cum officii sui partes eas esse ducant, ut dubia a certis sejungant; non ideo omnia reprobare dicendi sunt, quod *dubitandi* caus-

---

„ *seq.*) Ipse autem *Pelbartus*, et eum sequuti in fabella iteranda *Rodulfius*, *Alva*, *et Astorga*, nec non *Wadingus* in Franciscalium castris versati sunt.

„ Pone sequitur apud V. C. Adversarium inspectio *Nicolai V Pontificis*, quæ ortum debet litteris *Francisci de Bautio Ducis Andriensium*, primum a *Tossinianensi*, homine *Conventuali*, vulgatis necnon interpolato operi *Oddonis*, Viri *Observantis*, cui titulus factus la *Franceschina*, quodque vitiatum e collegio quodam Franciscali olim emersit. (Consule *Bollandian. Analect. part.* 4. *num.* 83., *et seqq.* quæque infra a nobis disseruntur ad §. 34. *huius Opusc.*).

„ Ipse Adversarius inspectionem *Francisci Sfortiæ* a *Wadingo* repetit; Xysti IV e *MSS. Mariani*, ac *Marci*, qui *Observantini*, seu *Observantes* dicuntur a *Rugilo* apud *eosdem Bollandian. num.* 161.; *Galeotti de Bistochiis* ex MS. Codice Barberino, sed cui condendo, ut supra ostendi, *Codex Portiunculanus* viam muniit; denique *Pisculli* ex fide, eam inspectionem describentis, *Tinaccii*, Viri *Conventualis*.

„ Has inspectiones quinque sibi Adversarius pro genuinis habendas, exosculandasque seposuit. In quas ut prætermittam ob alia me vitia censorem acrem præbere, satis habeo adnotare, ortum accepisse omnes a scriptoribus Franciscalibus, eque monumentis, quæ Viri Franciscales fatentur e suis se tabulariis eduxisse, postquam neglecta, et ignota dudum in illis senuerint. Atqui dedit nobis Adversarius §. 27 *huius Opusc.* integras scriptorum, rem aliquam tradentium legiones nullam vim obtinere, ac difflari facile posse, si illi *eodem studio*, atque *inita inter se mutuo conspiratione*, *aliqua scripserint*. Cur ergo Adversarius inspectionibus illis suppetias laturus venit, siquidem omnes inde fluxerunt, ubi addendi Francisco decoris per incorrupta membra cupiditas æstuabat, ac siquidem illas canon, paullo ante ab eo constitutus, perpetua vult oblivione consepultas „?

sas in medium efferant. Evidentiam siquidem moralem ubique inquirentes, monimenta, circumstantias, narrationum apices (ut ita dicam) accurate versant, expendunt, ac inter se mutuo comparant: atque ut plurimum evidentiam illam adhuc desiderari concludunt, cui maximopere inhiant. Ceterum ipsos quoque hac in re nimia severitate peccare, cuique sedulo animadvertenti patebit. Etenim de relatione Piscullianæ inspectionis (*Analect. p. 4. n. 198.*) hæc habent: *Reliquis multo apparet firmior, si tempus, occasio, et personæ in ea memoratæ, locusque, ex quo eadem deprompta fuit, spectentur*. Nihilominus quasi liceat narrationi tot veritatis indiciis suffultæ detrectare fidem, de ea quoque scrupulum injiciunt ea præsertim de caussa, quod de eadem Wadingus siluerit. *Nonnunquam satis ad dubitandum habent si inspectiones illæ a Scriptoribus coævis non enarrentur: aut si eorumdem Scriptorum operibus careant*. Quæ judicandi ratio num caussæ nostræ, quæ majori dumtaxat probabilitati acquiescit, quidquam officere valeat, aliorum esto judicium. (*a*)

32. Nos vero ita sciscitando pergimus. Fieri ne potuisse credas, tot Scriptores, quorum Itali nonnulli, alii Hispani, alii Pannonii, alii Lusitani, temporibus longe diversis, non quidem historiam eamdem (quod sedulo animadvertas velim), sed narrationes ratione temporum, personarum, adjunctorum dissimillimas, quarum tamen caput unum, unaque summa, Francisci nempe Corpus incorruptum, vividumque consistere, ad fallendum tantummodo consarcinasse? Quibus Aedepol mediis præteritas veritates perspectas habebimus, si semel hæc suspicandi libido invaluerit? Fatemur ingenue, unam,

---

(*a*) „ Quod *Bollandianis* ratæ non sunt inspectiones incor„ rupti corporis D. Francisci, *si illæ a scriptoribus*, ut ais, „ *coevis non enarrentur*, ac si per sera nimium, et adulteri„ na documenta (his enim quoque artibus certatum est) il„ lis aliqui studeant robur adiungere; faciunt sapienter, ac „ graviter: neque ea de causa clarissimo eorum nomini cali„ go inducetur. Repugnabit tantum eorum iudicio, qui sine „ emendatione arripuerit præclarum *Criticæ* canonem, per „ quem confici possit, totam aliquando Ecclesiam paruisse fe„ mellæ. (Confer *Adnotata ad §. 27.*)

aut alteram illarum paradoxa nonnulla referre: qualem eam dicimus, quæ S. Dominici Corpus prope Corpus D. Francisci statuit. Fatemur quoque quoad cuniculorum situm, januarum structuram, pessulorum numerum minime inter se convenire. Ast Critices, æquitatisque regulæ satis superque docent quid seligendum ut verum, quid ut falsum rejiciendum: errores veritati assutos aut amanuensium oscitantiæ, aut etiam alicujus malitiæ tribuimus, id ut verum tenentes, in quo conveniunt omnes. (a) Huic de inspectionibus disputationi iis Lombardii verbis finem imponimus, quæ Demonstrationis Auctorem num. 15 ideo dumtaxat retulisse opinamur, ut paucula illa decerperet, quæ de inspectionum dubitatione habet; quin tamen illius ratiocinii vim ad rem nostram vel minimum perpenderit. Lombardius itaque quam-

---

(b) ,, Non obliviscitur V. C. Adversarius geminas *criticæ* ,, regulas, quas veluti nostro capiti minitantia propugnacula ,, non ita pridem constituit. Ex iis vero, mirum quas vires ,, capiat, ut in tuto sint inspectiones, utque nos fusos, exar- ,, matos, ac trepidos fugam moliri turpem cogat! Ille quidem ,, non immerito plauderet sibi ob iam partam victoriam, si ,, rectas regulas posuisset, si ex inspectionibus ab eo, osten- ,, tatis, atque iactatis aliæ non omnibus plane testibus desti- ,, tuerentur, aliæ non sera nimis auctoritate sustentarentur, ,, aliæ non præsidium a documentis acciperent vel adulterinis, ,, vel interpolatis; ac denique si non omnes originem ab eo- ,, rum scriptorum fide, ab iisque tabulariis sumpsissent, unde ,, satius fuerat ad suspiciones amputandas, non emersisse. In- ,, commodorum hoc et postremum, et minimum est, quam- ,, quam et ipsum levari facile haud possit. Sed nulla ispectio- ,, num recensetur, quæ non alicui ex cladibus illis prioribus, ,, atque exitialibus subsit. At enim Adversarius, lenissimæ sen- ,, tentiæ auctor, nos optat delectum adhibere, nec ispectiones ,, totas, verumtamen partes earum aliquas suspiciosas reiicere; ,, quasi non sint prorsus putrida corpora, et emaculari, aut ,, sanari industria alicuius queant. Quid accipiam, quid re- ,, tineam in narrationibus, quas idonei testes haud muniunt, ,, vel quibus per documenta præsidium impenditur, quæ sup- ,, posititia esse manifesto tenemus? Ipsum rei caput hæc pe- ,, tunt, et narrationem totam tenebris damnant ,,.

quam inspectionum historias, Bollandianorum argutiis perterritus, suspectas habeat (n. 29.); ita tamen ad rem nostram pergit opportune: *Merita però di osservarsi, che in nissuna di queste relazioni ponesi come discoperto nuovamente, e fuor d'espettazione lo stato del Corpo di S. Francesco . . . . Dal che ne viene, che quantunque non sieno cotali relazioni da attendersi quanto al fatto delle visite, debbano però computarsi, quante, e quali sono, come tanti monumenti della fin d'allora costante tradizione, di cui parliamo. Imperciocchè può bensì, per cagion d'esempio, spacciare un impostore di aver veduta una delle Città al Mondo note, che mai non abbia egli veduta; e poi descrivendola fare a' conoscitori palese la sua impostura: ma nissuno mai, che pazzo non sia, imprenderà a descrivere una Città non mai al Mondo intesa, senza motivare d'averla esso il primo discoperta*. Quæ omnia etsi ad objectiones retundendas, quæ contra oculatorum Testium fidem diriguntur, satis superque valeant; quæ tamen mox dicturi sumus ad traditionem fulciendam, novum iis, quæ diximus, erunt præsidium allatura. (*a*)

(*a*) „ Duplex erat *Lombardio* cum *Flaminio Laterano* con- „ troversia. Una de incorruptis D. Francisci exuviis. Altera „ de iis in Asisinati Basilica manentibus. Etenim ne in hoc qui- „ dem *Lateranus* prætermittebat *Conventualibus* Viris dolo- „ rem inurere, et inimicitiis exercendis intentum non sup- „ pudebat, ut exuviarum Francisci decus Basilicæ adimeret, „ omnium scriptorum consensioni, et Pontificum diplomati- „ bus adversari, quæ Basilicam, ut spolio Francisci ditatam, „ miris modis, effusisque privilegiis exornant. Iamvero ex in- „ spectionibus incorrupti corporis D. Francisci, falso quidem „ excogitatis, ipsius *Lombardii* sententia, sed tamen excogita- „ tis, atque vulgatis, utrique capiti controversiæ, quæ illi cum „ *Flaminio* intercedebat, parare *Lombardius* præsidium pote- „ rat. Incorruptioni quidem, quia si aliqui commenti fue- „ rant, Francisci corpus inspectum esse stans, vividumque, „ videri poterat id esse confictum, quod de Francisci incor- „ rupto corpore aliqua vigeret traditio, ob quam ad inspectio- „ nes cudendas aliqui animo alacriore accessissent. Quam- „ quam, quum inspectionum confingendarum libido a *Pel-* „ *barto*, sæculi XVI scriptore, se effuderit, vetustiora autem

Quæ ad Traditionem infirmandam adduci solent dissolvuntur.

33. Ad manum nunc sæpe laudata Demonstratio redeat, ut quid de traditione Franciscani Corporis statui favente sentiat, audiamus: *Omnium primus* (ita ejus Auctor num. 4.) *D. Francisci Corpus incorruptum dixit Pelbartus ex Ordine Minorum, ac seculi XVI Scriptor. . . . . Per annos nimirum ferme trecentos, qui ab excessu S. Francisci ad Pelbartum interfluxerunt, apud omnes viguit, atque inveteravit opinio, ejus corpus communi corruptionis legi fuisse obnoxium. Ecce intercedit Pelbartus, ac contrariæ sententiæ, quæ jam alte radices egerat, quamque nunquam interrupta trium sæculorum* quasi possessio *tuebatur, ore audet durissimo refragari*. Quisquis es veritatis amator, audias caussæ istius Patronum: atque noveris, ipso judice, *per annos ferme trecentos* sententiam de corrupto D. Francisci Corpore toto terrarum orbe invaluisse, ac pacifica *quasi possessione* fuisse potitam. Rebus sic

---

„ monumenta traditionem incorruptionis impugnent; (Recole „ *adnotata* §. 12) haud sane liceret per inspectionum fabulam traditionem ædificare, quæ incorruptioni opituletur, quæquæ ad sæculum XV, XIV, ac XIII ascendendo gradiatur, „ Ages tamen aliquid, si inspectionum commentum conferes „ ad firmandam traditionem de corpore Francisci in Basilica „ Asisinati quiescente. Cur enim ibi visum commenti sunt, „ nisi quia ex traditione numquam senescente, ac præcisa illud in Basilica condi constabat. Ac licet per iactatas inspectiones hoc Basilicæ decus non asseratur testimonio, quod „ ætatem excedat *Pelbarti*, qui primæ inspectionis artifex fuit; „ pro corpore tamen D. Francisci ibi consepulto in promptu „ sunt vetustiora documenta, quæ usque ad sæculum XIII excurrunt, et legitimam, certisque e fontibus repetitam traditionem sistunt. Si quid igitur emolumenti ex confictis inspectionibus contingit exsculpere, totum, ad dignitatem, decusque Basilicæ vertitur, nempe ut inconcussum sit, eam „ sacrosancto spolio Francisci potiri. Nam si per eas conaris „ satis antiquam traditionem constituere de corpore Francisci „ a corruptione prohibito, labores tui ad nihilum recidunt, „ curaque inani te maceras „.

stantibus, e medio Pelbartus irrumpit: atque *ore durissimo* ipso inclamante, en illico totus orbis insaniit. Ex tunc etenim bardi omnes, ac stupidi Pelbarto loquenti aurem, animumque præbuere. Ex tunc ad Pelbarti vocem furor nescio qualis mentiendi omnium animos invasit, ut etsi tempore, natione, studio, *instituto inter se mutuo diversi*, *certatim contenderent*, *ut in fabulis confingendis quisque ceteros superaret.* Inde enim factum est, ut tot historici, quos nuper memoravimus (n. 30.), totidem diversas relationes descripserint, quibus ea enarrarent, quæ de inspectionibus aut vidisse se, aut ab iis, qui viderant, accepisse dicerent. Propterea Pelbarto in Hungaria scribente, ac sycophantiæ signum extollente, seculo XVI impostorum turba prosiliit: atque ita omnium assensum rapuit, ut exinde ubique terrarum Franciscanum prodigium vulgaretur, crederetur ab omnibus. (*a*)

34. Parcat, quæso, vir acutus in omnibus, præterquam in consecutionibus istis dispiciendis, quæ ex assertionibus a se prolatis legitime defluunt: ac æquo animo ferat nos sciscitari, undenam ipse noverit, quod tanta ingerit libertate, per annos nempe ferme *trecentos* opinionem inveterasse: Francisci Corpus corruptioni fuisse obnoxium? Vel unum afferat monumentum, testem unum inducat, ex quo colligatur, talem de Francisco invaluisse sententiam. (*b*) Appellat ipse quidem

---

(*a*) „ Ego vero hic Adversario me plane trado, ac deditionem facio. Imaginem, quam exprimit, se addentium *Pelbarto* scriptorum, et alias, aliasque post illum inspectiones incorrupti corporis Francisci excogitantium, veritatisque specie circumvolventium, non elegantius pinxisset Apelles, aut Polygnotus, quam expresserit Adversarius V. C. ac facundiæ copiis instructus. Aliquid tamen habet hæc tabula, in quo manus deerrarit ad falsa. Non enim homines *instituto* (si illud pro societate religiosa accipias) *inter se mutuo diversi* fabulis inspectionum confingendis operam impenderunt, sed ex eodem collegio viri. Adeas quæ de hoc argumento apposui *ad* §. 26., ubi tamen, meo in eum ordinem studio obsequutus, id citra crimen factum esse probavi „.

(*b*) „ De corpore D. Francisci, *Ioannes a Ceperano*, *D. Bonaventura*, *Vetustus Scriptor Vitæ D. Antonii Lusitani*,

in *nota* ad pag. 13. ad legem a Deo latam *Pulvis es, et in pulverem reverteris. Ast quam temere, et intempestive* in re nostra, vel me taeente *quisque facillime novit*. (*a*) Ceterum se audacius, quam virum deceat fide bona agentem, contra Pelbartum irasci, vel ex eo fateatur oportet, quod ignorare minime potuerit, Jacobum Odonem Perusinum, qui teste Wadingo, *Franceschinam* suam anno 1474, adeoque longe ante Pelbartum, absolvit, inspectionem Nicolai V enarrasse; ab eoque Francisci Corpus stigmatibus insignitum visum fuisse, scriptis consignasse. Quod ideo retulimus, ut appareat, longe ante Pelbartum non defuisse, qui eadem de Francisco senserint. (*b*)

„ *Flavius Blondus, Pius II, Eugenius IV* ita ante *Pelbartum* „ loquuti sunt, ut de corpore corruptione vitiato. Repete *Adnotata ad* §. 12. „

(*a*) „ Obsecro Adversarium, qui me agentem de Francisci „ demortui corpore ait *temere*, et *intempestive* mentionem „ iniecisse legis divinæ, quæ Adamum, eiusque posteros *in* „ *pulverem reverti* mandavit, edicat, num Cælestem quem„ dam genium, sarcina corporis carentem, arbitretur fuisse „ Franciscum? Et tamen necesse est, aut Geniis Cælestibus „ accensere Franciscum, aut stirpem hominum, cum *Pereyra* „ in geminas scindere, et ex antiquissima, nec ab Adamo „ propagata, Francisci genus petere, ut divina illa lex, Ada„ mi posteris indicta, a Francisco dicatur esse alienissima: „ Qua ego lege non utor, ut probem Francisci corpus non „ potuisse per Dei prodigium eximi a corruptione, sed ut pla„ num faciam ex illa lege incorruptionem impugnantibus *po*„ *sitivum* argumentum accedere, patronos autem incorruptio„ nis egere *validissimis fulcris*, exquisitis nempe probationi„ bus, ut secus se res in Francisco habuisse credamus, quam „ postulet lex divina omnibus late hominibus imposita. (Confer „ *Adnotationem ad pag.* 13. *Demonstrat.*) Rimam ad hanc „ legem declinandam reperiret, qui Franciscum natura cæle„ stium geniorum induerit, aut saltem qui illius genus de „ alia, quam de Adami prosapia, ducendum esse demon„ straverit „.

(*b*) „ Quid ex *Odonis Francischina* conficias, aliorum ma„ nibus, qui addendi, ac pervertendi potestatem in eam si-

35. At vero fuerit Pelbartus omnium primus, qui typis hæc omnia vulgaverit. Ideone ingenuo viro licebit aliquem

---

„ bi arrogarunt, depravata? Pete *Bollandian. Analect. part.* 4.
„ *num.* 84, *et seqq.*) Utque magis pateat, historiam inspe-
„ ctionis Nicolai V. Pontificis non ab *Odone* exaratam, sed
„ recentioris additamentum esse scriptoris, ea Odonis operi
„ iam absoluto adiungitur. Id fatetur, quamvis pro incorru-
„ ptione viriliter certet, auctor libri inscripti: *Lettere Apolo-*
„ *getiche a favore dell' Ordine de' Minori etc.* cuius in Epist. V
„ hæc verba sunt: *La visita di Papa Nicolò V si legge ma-*
„ *noscritta a piè della Franceschina di Iacopo degli Oddi Mi-*
„ *nor Osservante*. Fraus suboluit *Octavio a S. Francisco*, Asi-
„ sinatium Antistiti, ac Franciscali *Observanti*, de quo certe
„ loquitur *Binius Verità scoperta etc. tit.* 3. §. 7. quum scri-
„ bit: *Gli scrittori quasi contemporanei alla visita di Nicolò V*
„ *furono da lui creduti o viziati, o delusi; e nel margine della*
„ *Franceschina del Convento di Monteluce, da cui ebbi, co-*
„ *me scrissi, il transunto della relazione, ei vi pose di pro-*
„ *pria mano*: *TUTTA QUESTA NARRATIVA, SICCOME*
„ *L'ALTRE CIRCA IL CORPO INTIERO DI S. FRAN-*
„ ***CESCO, SON FAVOLE***. Ac si Nicolao V contigisset intue-
„ ri D. Francisci vividum, ac spiranti simile corpus, certe non
„ *ossium* nomine significaretur a Pio II in *Commentariis* (Re-
„ cole *Adnotata ad* §. 12.) quos produxit ad annum MCDLXIII,
„ nempe ad annum octavum post Nicolaum V vita functum.
„ De qua Pii lucubratione, perperam a nonnullis *Gobbellino*
„ tributa, qui Pio ab epistolis, et ab arcanis consiliis fuit, scitu
„ digna docebit *Tiraboschius Stor. della Lett. Ital. tom.* 6. *part.*
„ 2. *lib.* 3. *c.* 1.

„ Frustra igitur nititur Adversarius, mei dicti fundamen-
„ ta subducere, dum *Rugilum* sequutus (non invisum in aliis
„ Adversario nomen) primum commentitiæ incorruptionis
„ architectum *Pelbartum* agnovi. Idem ille inspectionum pri-
„ mus machinator est; quippe de primo accessu Viri Cardi-
„ nalis ad incorruptum spolium Francisci nescio quid garriit.
„ At mihi convicium facit Adversarius, ac scribit, me *au-*
„ *dacius, quam virum deceat fide bona agentem, contra Pel-*
„ *bartum irasci*. Veruntamen, si *irascor*, ex animi sensu il-

mendacii, fraudis, imposturæque insimulare, quin prius apertissime constet, et mentiendi, et fallendi, atque imposturas nectendi mentem sibi fuisse? Ergo ne jure contra veritatem quamlibet eo solo titulo conclamabimus, quod non illico publici juris evaserit ac sycophantiæ notam ei inuremus, qui omnium primus delitescentia monumenta in propatulo statuat? Porro nedum Pelbartum, qui teste Rugilio apud Bollandianos (*Analect. p. 4. n. 4.*) anno 1509. Lugduni opus suum typis commisit, sed et Wadingum, et Angelium, et Rugilium, et Lombardium, immo et Religiosissimos PP. omnes Conventuales, eos præsertim, qui in Asisiensi Basilica versati sunt, tamquam impostores traducere liceret: utpote qui omnes ad unum quotquot hac de re disputati fuere, non unicum Pelbartum, quasi pecora arietem, temere, ac cœco animi impetu sectati sunt; sed et codices, et tabularia, et archivia Conventuum se scrutasse affirment: eaque narrare dicant, quæ sibi nedum ore, sed scriptis quoque tradita fuere. Sed de Wadingo præsertim Bollandianos audias (*commentar. præv. de S. Franc. n. 51.*) *Velim igitur, ut prudens lector intelligat, Lucam Wadingum mihi esse Annalistam venerabilem, sincerum, diligentem, et eruditum, neque alia de caussa ab ipso me unquam dissensurum, quam quod pro instituto operis nostri cogar omnia diligenter examinare, ac NON MODO VERITATEM UNICE QUÆRERE, sed etiam quantum facere possum, DUBIA A CERTIS SECERNERE.* Promissis autem reipsa steterunt: nihilque habuerunt, quod tanti Viri narrationibus infirmandis objicerent, nisi quod vix ad omnem penitus *dubitationem* auferendam morosus censor expetere possit. (*a*)

„ lum culpo. Si culpo ex animi sensu, *fide bona ago*, dum „ illum exagito. Non potuit Adversarius mihi conviciari amabilius, quam ita dicta contumelia, ut eam ipse retunderet „.

(*a*) „ Percurre *Demonstrationis paginam 20. in Not.* Invenies, me sectatores sententiæ incorruptionis *in honore maximo habere, quum illam bona, ut inter bonos agi oportet, fide tuentur*. At vero, quum non omnes, qui verba habuerunt de exuviis Francisci, a mentiendi, fingendique licentia abstinuerint, et in has veluti nundinas adulterinas merces importatas cernam; omnesne vel putabo, vel dicam candidissimi ingenii, et nihil mendacii, nihil ficti, nihil sub-

36. Jam vero rem conferam in compendium. Ad propositionis secundæ a me statutæ vim elevandam, eruditorum numero silentium priorum Biographorum; testium oculatorum fidei enarrantium contradictiones; traditioni seram nimis originem objieiunt adversarii. Atqui ex huc usque allatis neque ex primo, neque ex secundo, neque ex tertio capite propositio illa infirmatur. Igitur nisi prorsus firmissima, at certe longe validiora nobis momenta suppetunt, ut judicemus, S. Francisci Corpus integrum adhuc, incorruptum, et in pedes erectum consistere, quam quæ ipsum in ossa, et cineres resolutum fuisse constituant. (*a*)

„ doli a quoquam esse profectum? Non ita, si studium est „ veritatis. Minus ægre autem ferendum est, leves homun„ culos (einsmodi enim sunt omnes, si conferantur cum „ Francisco) notamque promeritos, notam ferre, quam com„ mittendum, ut, dum illorum famæ consulitur, tandem in„ vento D. Francisci sacratissimo cineri debitus honor inter„ cipiatur.

„ De *Wadingo*, in quem nunquam mea fuit oratio ma„ ledica, confer *Adnotata ad §. 49. prior. Opusc.* De *Bollan„ dianis* autem, modestissimis quidem viris sed incorruptionis „ sententiæ adversis, attesque damnantibus, per quas illi au„ xilium ferre non nemo conatus est, recole, quæ apposui „ *ad §. 26.* „

(*a*) „ Extorsi iam Adversario eas omnes defensiones vel „ potius argutias, quibus probe instructus ad succurrendum „ incorruptionis exanimatæ sententiæ minime timidus patronus „ accessit. Ille quidem infirmitatis causæ suæ conscius ita *pro„ positiones suas II, et III* statuit, atque ita tuetur, ut in „ magni beneficii loco videatur esse habiturus, si quis causam „ incorruptionis ambigui iuris esse dicat, atque perplexi, nec „ ita aperte, quemadmodum in foro dicitur, *calumniosam*, ut „ de medio submoveri debeat, et adverso statim indicio con„ fiei. Sed quum nihil eorum, quæ pro illa attulit, non fue„ rit omnino dilutum; ei sane larva probabilitatis eripitur, nec „ digna est, quæ consistat contra meam causam, non larvatam, „ non adulterino ac tamquam meretricio falsorum documen„ torum cultu interpolatam, sed pudicæ frontis, ac candidæ.

PROPOSITIO IV.

Vel ipsa sepulcri non ita pridem inventi structura, atque situs, satis aperte ostendit, non fuisse in eo Corpus S. Francisci conditum, quum a D. Georgii Ecclesia translatum fuit.

37. Hactenus ut sententiam firmaremus jamdiu ubique receptam de prodigioso Franciscani Corporis statu allaboravimus. Restat nunc; ut illa expendamus, quæ ex nupera sepulcri, et ossium inventione sumuntur ad sententiam eamdem convellendam. Hanc porro statuimus propositionem, ut innotescat quam sibi inaniter, applaudant, qui vel ex sola sepulcri, situsque inspectione monstrari contendunt, exuvias ibi

---

„ Denique, ut omnes intelligant, quam frustra tempus „ Adversarius contriverit, longa, ac molesta controversia in„ ducta de incorruptione corporis D. Francisci, huc revoco, „ quæ scripsi *Demonstrat. pag.* 18, *et seq.* quum docui incor„ ruptionis munus a Deo alicuius cadaveri indultum posse de„ ficere, ac re vera tributum aliquibus sanctorum heroum ca„ daveribus aliquando defecisse. Probaverit ergo Adversarius „ (quid enim artificiosa mens sibi nequit confingere?) ve„ tustos scriptores dixisse testimonium de ejus incorruptione, „ eamque oculata inspectione cognitam, exploratamque fuis„ se nonnullis Pontificibus Maximis, aliisque viris, quantali„ bet auctoritate pollentibus. Sed, heus tu! Quis oculatorum „ testium incorruptionis postremus? *Piscullius*. Quot annis „ ab humani generis reparatione elapsis, inspexit *Piscullius*? „ Annis MDCVII, ut est apud *Bollandianos Analector. part.* „ 4. *num.* 198. Quum anni, longe plures quam biscenti a po„ strema, quam iactas, inspectione corporis D. Francisci ad hoc „ tempus interfluxerint; quumque scias, donatum a Deo pri„ vilegio incorruptionis cadaver posse post temporis interval„ lum naturali corruptioni a Deo tradi; tu reliquias Asisina„ tes, quas aptissimis argumentis ad Franciscum pertinere con„ ficio, Francisco eripies, quod eius spolium aliquot hinc sæ„ culis incorrumptum visum esse feratur? Etiamsi ergo histo„ riæ nobis obiectarum inspectionum non essent, ut vocavi, „ ac re ipsa sunt, *errorum*, *fraudumque cubilia*; non iis ta„ men labefactarentur instrumenta, ac copiæ, quibus causam „ nostram armavimus „.

repertas Corpus esse Francisci. Probationis nostræ summam unico hoc argumento concludam: Vel a primis Franciscani Ordinis temporibus Francisci mortem consequutis latuit omnes ferme peculiaris locus, in quo Corpus illud conditum fuerit. Atqui structura, situque inspecto sepulcri nuper inventi, fieri minime potuisset, quin innotesceret omnibus. Stat ergo propositum. Singulas hujusce argumenti assertiones probatione suffulciam.

38 Et ad priorem quod attinet, res exploratior est, quam ut demonstratione indigeat. Wadingus enim ad ann. 1230 n.° 4. ait: *Quonam modo tunc conditum Corpus, nullus, quem viderim, expressit; nec ex nostris ullus est, qui memoriæ tradiderit, se illud vidisse cum nempe sepeliretur*. Auctor Chronici quindecim Generalium, cujus grave, atque limatum judicium commendat plurimum Demonstrationis Auctor in nota 3. pag. 31, de Frate Elia hæc habet: *Ductus humano timore, occulte fecit fieri translationem nolens quod scirent aliqui ubi esset in Ecclesia Sacrum Corpus, paucis exceptis*: quibus nempe quasi ad aures secretum illud committebatur. Bartholomæus Pisanus *Conformitate* 8. part. 2., Fratres commemorans, quorum corpora in Assisiensi Basilica quiescunt: *Primus est* (inquit) *Pater Sanctissimus noster, videlicet B. Franciscus, qui . . . . hic requiescit: de cujus corpore ad ostendendum populis nihil invenitur, nec habetur; ac in quo Ecclesiæ loco jaceat, etsi quibusdam est agnitum, quibus vero, ignotum*. Hoc idem Bollandiani vel ex ipso Bonaventuræ silentio jure deducunt (*Analector. p. 4. n.°* 345.) Huic veritati minime refragatur Demonstrationis Auctor, cujus verba superius (n.° 18.) recitavimus. Insuper altercatio ipsa, quæ toties inter Minoritas efferbuit de peculiari loco sepulcri, satis ostendit, illud occultum fuisse omnibus, paucis iis exceptis, quibus commissum fuerat arcanum: quibus veluti ducibus Visitationes fiebant superius descriptæ. Occultatio hujusmodi adeo constanter obtinuit, ut postremis hisce temporibus, quod erat antea aliquibus notum, latuerit universos. Veritas igitur assertionis istius primæ adeo constat, nullimode ut in dubium liceat illam revocare. (*a*)

(*a*) „ Turbulentis quidem temporibus, quum furti reli-
„ quiarum Francisci metus ingruebat, occulte serpebat apud

39. Jam vero sepulchri nuper inventi situm, structuramque considera. Concedit, immo exigit Demonstrationis Auctor, ut concedamus (*Proposit. VII. pag.* 43.), substructiones sepulchrum componentes ita Altare Basilicæ Majus sustinere, putandum ut omnino sit, prius allaboratum fuisse muniendo infra solum sepulchro, deinde vero Altari extruendo. Quibus nos ultro, libenterque assentimur. At inde nos jure, invicteque deducimus, nemini sepulchrum illud, siquidem Franciscanis Exuviis recipiendis fuisset destinatum, potuisse latere: non antequam in eo Francisci Reliquiæ conderentur; multo minus deinceps, si revera ibi conditæ fuissent. Et sane cum sepulchrum illud in rupis sinu ad instar cisternæ excavatum sit, et excissum, nonnisi plurium dierum, hominumque labore opus illud perfici ulla ratione potuit. Quapropter dum Ecclesia ædificaretur, nedum Francisci Filii, bene vero Assisienses omnes, immo quotquot eam ingrederentur, religiosæ devotionis, et laudabilis curiositatis stimulo perciti locum, qui tanto Thesauro excipiendo parabatur, ut accurate noscerent, efflagitare debuerunt. Immo quisque vel solo opere, ædificioque inspecto, quod succrescebat in dies, sepulchrum nullo monente agnovisset, quod sacras excepturum erat Reliquias. Aliunde nulla suberat ratio, cur Elias consilium, animumque suum non patefaceret; idque mentiendo celaret,

---

„ paucos scientia peculiaris Basilicæ loci, qui sacras Francisci „ exuvias tegeret. Statim ac fovere spem licuit, quassatæ diu- „ turnis seditionibus Italiæ mansurum ordinem esse redditum, „ adeo non occultandus visus est Basilicæ locus thesauro san- „ ctissimo insignis, ut perenni lychnorum lumine moniti sint „ mortales, ubi deberent Francisci spolium veneraturi consi- „ stere. Ac certe anno MCCCCXLII, quum Perusini tradu- „ ci ad se Francisci corpus petebant, et in id Eugenio IV Pon- „ tifici supplices litteras dabant (Confer *Nov. Summ. num.* 2.) „ non erat obscurum, quo loco exciperetur. (Recole *Adno-* „ *tata ad* §. 57. *prior. Opusc. pag.* 92, *et seqq.*) Licet autem „ ab aliquibus hinc sæculis neminem fugeret, illud sub ara „ Basilicæ maxima quodam, sive amplo, sive angusto, lati- „ bulo tegi; tamen quærentibus obvia rupes ex parte omni „ eorum curas, laboresque fallebat. (Adeas *Demonstrat. pa-* „ *gina* 28.) „.

quod ante omnium oculos obversabatur, dum Ecclesia molitetur: neque enim quasi prophetico spiritu percitus tumultuariam illam populorum seditionem prænoscere poterat, quæ in causa fuit, ut secundæ translationis tempore occulte Sacrum Corpus eo loci sepeliret, quod ab omnibus ignoraretur: interdiu enim, noctuque, dum Basilicæ opus assurgeret, Francisci Exuviæ in D. Georgii Ecclesia venerabantur, quin cuiquam suspicio suboriretur futurum aliquando, ut populi tumultuarentur. Stat ergo fuisse moraliter impossibile, ut Eliæ consilium, ita et sepulchrum Francisci, dum templum illud ædificaretur, ab omnibus non agnosci, perspectumque haberi, si excavatio illa tunc temporis eo consilio fieret, ut Francisci Reliquias exciperet.

40. Multo minus translatione peracta latere potuisset quemquam. Etenim Adversariis ipsis affirmantibus, dum sacræ Francisci Exuviæ ad novam Basilicam offerentur, nondum erectum Altaris fastigium; immo nec mensa, nec suppedaneum foveæ imminebat. Nec ratio quemquam latere poterat cur, etsi perfecta Ecclesia, nondum fuerat absolutum, immo nec inceptum Altare: quia nempe erigi nulla ratione poterat, antequam Arca in foveam demitteretur. Finge itaque, Eliam tanta dexteritate sese gessisse, ut exorto Assisiensium, atque exterorum tumultu dum S. Patriarchæ Corpus ad Basilicam deferretur, a Templi ingressu prohibitis omnibus, in ictu oculi ponderosam arcam eo demiserit, atque desuper integram Altaris molem inædificaverit. Nonne vel sola Altaris erectio, etiamsi nihil in antecessum suspicati ea de re fuissent, apertissime indicasset omnibus, inibi sacras Exuvias delitescere? Finge quoque, si lubet, Translationis die alibi arcam fuisse absconditam: atque nonnisi post plurium aut mensium, aut annorum lapsum fuisse illam in rupis sinum deportatam. Interea loci fuisset et Ecclesia Altari destituta: cuius propterea quum vidissent perfectam erectionem, illico quisque reseratum novisset arcanum. Ex quibus ego infero, Eliam, etiamsi talis ei ab initio fuisset animus, condendi nempe in designato, omnibusque noto sepulchro Francisci Corpus (quod ego sepulchrum ab eo designatum non aliud fuisse crediderim, quam Altaris infra mensam inane); subinde tamen populorum exortà seditione, ut thesaurum illum in tuto poneret, omnibus omnino clam, vix paucissimis opem ferentibus exceptis, secreto in loco illud abscondisse.

41. Restat effugium unum, per quod evadere conaris: ut dicas nempe, Eliam quasi futurorum præscium, cum illico post Francisci mortem decrevisset ab omnium oculis, atque notitia sacras Exuvias removere; ut felicius negotium succederet, vel ab initio et Ecclesiam, et Altare perfecisse. Tum translationis die Francisci Corpus secreto alibi occultasse. Deinceps vero quum nemo amplius ea de re cogitaret, Altare dejecisse, rupem excavasse, arcam ibi ascondisse, denuoque Altare composuisse: At præterquamquod res ipsa suo fuisset molimine gravior, quam ut eam Elias aggressus fuerit, hoc ipso nobis nova præbes argumenta, ut dicamus, fieri neutiquam potuisse, ut sepulchrum omnino lateret, cum tanti laboris, ac temporis opera neque clam, neque absque plurimorum notitia compleri potuissent: quod longiori oratione non indiget. Insuper cave, ne dum talia, ac tanta Eliam feliciter molitum fuisse dicis, novas calumniandi artes eos doceas, qui, si contra fas omne religiosissimos Patres Conventuales quasi impostores traducunt, quod pro aris, focisque inspectionum sacri Corporis historias et scripserint, et evulgaverint, atque tutati fuerint; Eliæ scœnam sequiori ævo replicasse effutiant. Si enim bene prospereque successit Eliæ, ut secreto molem tantam et disjiceret, et instauraret; non desit fortasis, qui omni æquitatis jure proculcato calumniando affirment, æque potuisse alios occulte opus illud iterare, ut hominis nescio cujus sceleton ibi collocarent.

42. Vetat igitur vel ipsa sepulcri nuper inventi structura, vetat situs illius, vetat Eliannm consilium, vetat innata universorum hominum, atque Asisiensium præsertim ea de re curiositas, vetat rei celebritas, quominus fieri potuisse dicamus, ita Francisci tumulum latuisse; ut non sciretur ab omnibus; si eo in sepulcro conditum fuisset Corpus ipsius post quam a D. Georgii templo in Asisiensem Basilicam translatum fuit. Atqui revera huc usque latuit. Dicendum ergo, non fuisse in eo Sacras Exuvias Francisci conditas. (*a*)

(*a*) „ Occultandi corporis D. Francisci infra aram maxi-
„ mam (ubi illud olim conditum esse, nuper vero reper-
„ tum, contendimus) rationes quasdam ineptas sibi hoc lo-
„ co Adversarius proponit, ut colligat, ne ad punctum qui-
„ dem temporis Francisci exuvias potuisse occultas manere,

PROPOSITIO V.

Nulla petulantiæ, vel inscitiæ nota esset ei inurenda, qui contenderet, sub Ara Basilicæ maxima repertum corpus ignoti esse sceleton hominis, qui ibi ante Basilicæ constructionem conditus sit.

43. Inferius rationes illas expendemus, quibus Demonstrationis Auctor pag. 47. se monstraturum promittit, reliquias inibi repertas non alias esse, quam Francisci Reliquias. Interim tamen præsentem statuimus Propositionem e diametro illi oppositam, quam ipse loco citato statuit: eamque ita brevissime demonstratum ibimus. Nulla petulantiæ, aut inscitiæ nota est ei inurenda, qui rem factu possibilem satis validis indiciis factam fuisse probet: si præsertim nullius roboris ea esse demonstret, quæ a contradictoribus afferuntur. Jam vero possibile fuisse, quod ibi ignoti cadaver hominis terræ commendaretur ante Basilicæ constructionem, nec audacissimus denegabit. Indicia vero, quibus id evenisse probatur, ex testium oculatorum depositionibus eruuntur in caussæ ipsius Summario relatis. Ex iis indiciis unum est Arca, quæ peritorum judicio, *Può credersi precedentemente servita ad usi pagani*: quod perinde est, ac dicere ethnicæ superstitionis ætatem præseferre. *Quod peritorum judicium nullimode per ea extenuatur, quæ Positionis Auctor num. 34. conglomerat*. (a)

„ siquidem eas sub aram coniecisset Helias. Ac, quasi nulla „ alia, nec diligentior, excogitari ratio possit, qua illæ infra „ aram demissæ sint, et præclara commenta illa ego probem, „ dialecticum agit, suasque subtilitates prodigit, ut me quem „ sectatorem sibi fingit *hypothesium* suarum, irretiat. Et cer- „ te blennum illum, qui eas tueatur, ludificabitur, tenebit- „ que omnibus modis. Sed, qua ratione putem rem esse „ actam, exposui ad §. 57. *prior. Opusc. pag.* 92, *et seqq.* „ meamque *hypothesim*, quæ ex more ætatis, ex Asisinatium „ tumultu, ex Gregorii interdicto, aliisque adiunctis firmita- „ tem obtinet, in plures *propositiones* secui „.

(a) „ Nisi ea refutet Adversarius, per quæ paganam ope- „ ram ab arca Asisinati removi, haud ei licebit assumere, „ eam pagano artificio fuisse cælatam, ac pagani hominis ca- „ daver aliquando texisse. Desuevit dudum, auspice saniori

Item præbet indicium alterum argenteus annulus inibi inventus, *che porta incisa una Pallade armata*, Deam nempe, quam Gentiles venerabantur. (*a*) Demum grana nescio quæ ex ebano, electroque cineribus intermixta, quæ antiquorum Gentilium superstitionis non leve præbent indicium. (*b*) His adde, signum nullum, nullum indicium, nullamque tesseram fuisse in arca inventam, ex qua suspicari liceat, christiani hominis ibi latuisse cadaver. Quæ omnia satis superque innuunt, *sceleton, de quo loquimur, hominis esse pagani*. (*c*) Hæc omnia

---

„ philosophia, cæcum illud obsequium, quo fiebat, ut non„ nullorum enunciata, non additis rationibus, pondus habe„ rent. Confer *Gratiani Aschpani de Superstitione erudita, seu* „ *litteraria* maximo in pretio habendum *libellum* „.

(*a*) „ At eam gemmam, Palladis imagine signatam, in„ clusam fuisse annulo argenteo *circa exitum duodecimi Chri*„ *stiani sæculi*, paucis nempe annis, antequam Franciscus vi„ ta migraret, ex argenti opere tutissime statuunt *Carolus Fea*, „ *et Alexander Viscontius*, *VV. CC.* et in iudicio ferendo de „ reliquiis antiquitatis usu, ingenioque acutissimi. (Confer. „ *Nov. Summar. Num. 6. Litt. A.*) „.

(*b*) „ Pergit mihi Adversarius in contradicendo confiden„ tiam, sed præterea nihil opponere. Nam granis ornari con„ suevisse Christianorum sepulcra testatur apud me *Boldettus* „ *Demonstrat. pag.* 58; Adversarius autem, quin ad profli„ gandum *Boldetti* testimonium aliquid experiatur, ait grana „ cum Asisinati cadavere inventa *antiquorum Gentilium su*„ *perstitionis non leve indicium præbere*. Qui omnia proposi„ tum suum impugnatia nuda inficiatione sua vult eversa, sibi „ suæque auctoritati plus æquo fortasse tribuit „.

(*c*) „ Quum hæc scriberet Adversarius, nondum quidem „ de annulo institutum fuerat novum examen, ac nondum „ ex argenti artificio exeruerat sese novum, ac luculentissi„ mum argumentum, quo pagana superstitio ab reliquiis Asi„ sinatibus arceretur. Sed tamen circa se nummos habebant, quos „ Antiquitatum Periti Viri ævo Christiano cusos deprehenderant. „ Insuper Asisinates exuvias conditas fuisse sub ara templi Chri„ stiani, nec certe ignotas fuisse altare locantibus (quod prodit „ unum systema infernatium substructionum cum altari) tene„ bamus. Ex quo non eas tantum Christiani hominis, sed san-

ingeniose quidem causæ suæ non obstare ostendere conatur pluribus vir omni eruditione excultus. At vero aliud est, hæc sibi non obstare, aliud adversæ causæ non favere. Esto sibi non obstent, dummodo aliunde constet *evidentia morali*, corpus illud esse Francisci Corpus: nobis vero directe, ac maxime prosunt, cum signa ea omnia profana nonnisi profani hominis cadaver indicent. Quod satis esse putamus, ne petulantiæ, atque inscitiæ insimulemur.

44. Jam argumenta a Demonstrationis Auctore allata paullulum expendamus. Constat in primis (ait ipse) sceleton illud hominis esse Christiani. Constat! Sed unde constat? Scilicet ex nummis iis, qui prope eas exuvias reperti sunt; quique a viris antiquitatum peritis dicti sunt *Bolognini d'argento delle Zecche urbiche italiche, che ebbero corso anche in questi paesi dal secolo undecimo al decimo quinto*. Ast curiosus ego indagator quæram iterum, undenam viri ii antiquitatum periti agnoverint, nummos illos esse *Bolognini di argento delle Zecche urbiche italiche*? Periti inquam, ii, qui immediate post ea verba pergunt: *La densa patina verde, che le ha ricoperte non permette di distinguerne la Zecca, leggerne le iscrizioni, e conoscerne i tipi?* Profecto inter peritiores peritissimi ii sint oportet, qui agnoscunt *LE ZECCHE urbiche italiche*, quin tamen *la densa patina verde, che le ha ricoperte, permetta distinguerne LA ZECCA*. Cumque impossibile dicant *leggerne le iscrizioni, e conoscerne i tipi*, id omne, ex quo argumentantur esse *Bolognini d'argento delle zecche urbiche italiche*, est, nummos esse, eosque argenteos. Quod an satis sit, ut credamus, Francisci tempora per nummos illos designari, aliorum esto judicium. (*a*)

„ cti herois reliquias esse, fatendum erat. Quod ergo hic dicuntur „ pagani hominis exuviæ, res est eiusmodi, ut *ne deflere quidem satis digne* (mutuabor enim hoc a *Paterculo*) factam „ illis iniuriam queam „.

(*a*) „ Inscriptionibus nuper perlectis, quas habebant nummi, cum cadavere sacro defossi, tanta nostræ causæ lux „ est affusa, atque illorum ætas tam congruit cum ætate, qua „ vixit, decessitque Franciscus, ut putidum sit, huic argumento diutius insistere. Tamquam igitur ad scatebram, ad „ iudicium *Feæ*, et *Viscontii*, litteratissimorum hominum, in-

45. Sed urget iterum Demonstrationis auctor pag. 48. *Si ante constructionem Basilicæ, ejusdem majoris Altaris, ibi con-*

„ tendo digitum. Eorum sententia patet, exponiturque *Nov.* „ *Summar. Num. 6. Litt. B.*

„ Quamvis autem Viri itidem præstantissimi *Vermigliolius*, atque *Frondinius*, quum iisdem de nummis iudicavere, ab innata iis ærugine vetiti sint litteras, ac siglam, qua signantur, contemplari; tamen sine temeritate, metuque fallacis iudicii pronunciavere, esse illos id genus pecuniæ, cui ab urbe *Bononia* nomen hæsit, licet ab aliis quoque liberis Italiæ civitatibus similis plane prodierit. De eorum item ætate, quid censerent, effati sunt. At V. C. Adversarius, aliis quidem doctrinis abunde instructus, sed cui rem nummariam licuit numquam attingere (Confer §. 70. *prior Opusc.*) non dubitat suo ingenio fretus ad hanc quoque disputationis partem accedere. Negat igitur hæc duo simul posse consistere, nempe et densa ærugine nostros nummos fuisse contectos, et, quod genus pecuniæ sint, a viris quamvis nummorum peritissimis potuisse internosci. Levissimum crimen vides in *Vermigliolium*, *Frondiniumque* coniectum. Id se vidisse, ac nosse præsetulerunt, ad quod ne tenui quidem suspicione appropinquarint. Sed (usurpabo *Ciceronis* verba *pro Rosc. Amer.*) *ut ignis in aquam coniectus omnino restinguitur, et refrigeratur, sic refervens falsum crimen in purissimam, et castissimam vitam collatum statim concidit, et restinguitur*. Nam quid est, quod, visa deinde inscriptione, ac sigla, quam ferunt hi nummi, reperti sunt in ea veluti classe condendi, in quam *Vermigliolius*, *Frondiniusque* coniecerant? Dicas, nihil eos ratione, atque intelligentia de re tenuisse, in qua verum, aliquibus adhuc involucris tectum, felicissime perviderunt? Enimvero quum multæ suppetunt ad aliquid introspiciendum notæ, parum detrimenti fit, una, alterave sublata. Hinc, quum ex aliqua nostrorum nummorum parte se argentum proderet, illud tamen minime defæcatum, sed aliorum metallorum mistione corruptum; quum litteræ, ac quidquid illis imprimi solet, parum sane emineret; quum laminæ esset mira tenuitas, ea vero latitudo, ac tota configuratio, quæ conveniret appellatæ a *Bononia* pecuniæ, cusæque temporibus, de quibus agitur; ha-

ditum cadaver fuit, de quo nobis incidit sermo, cur non inde amotum, atque exterminatum est, quum locantibus Altaris fundamenta sese conspiciendum dedit? Nempe quia Altaris fundamenta ab ædificantibus minime locata fuere: tum quia Altare ædificantibus minime sese cadaver illud conspiciendum præbuit, neque de cadaveris ibi existentia fuere quidquam suspicati. Quæ ne perperam a nobis conficta putes, molem ipsam paullisper circumspice. Ecclesiam ædificantibus, atque valida fundamenta quærentibus, ultro sese obtulit rupes illa circa latera informis, ac superius per ingesta cæmenta utcumque complanata: cujus propterea adspectus, forma, soliditas satis esse potuit, immo et debuit, ut super eam tamquam super basim firmissimam majorem aram construere decernerent, quin penitius sinum rupis exquirerent, ac perlustrarent. Ut quid enim perlustrarent, et exquirerent; ut quid de fundamentis

---

„ buerunt viri sollertissimi, reique nummariæ intelligentes, „ quid sequerentur, et in statuenda eorum nummorum ætate, „ ac specie omni imprudentia, ac temeritate vacarunt.

„ Sed næ ego vanus, dum pro spectatissimis viris dico, „ qui longe maioribus, quam mihi detur, facundiæ, et do- „ ctrinæ copiis violatæ dignitati suæ possint ipsi patrocinium „ impendere. E quibus *Frondinius*, vir summo loco, idem- „ que bono litterariæ rei publicæ natus, ita ad suas ulciscen- „ das iniurias incubuit, ut quum acceperit, patuisse de num- „ mis, detracta ærugine, habere eos *Lucæ* nomen inscriptum, „ illico ad antiquissima Asisinatium tabularia convolarit, ex „ illisque prompserit documenta egregia, per quæ conficitur, „ *Lucensem pecuniam* sæpe Assisii pendi, ac manibus teri so- „ litam temporibus, quæ cum Francisci ævo congruant, aut „ ævum illud attingant. (Consule *Nov. Summ. num.* 5.).

„ Quod sane, quum nostri nummi *Lucæ* reperiantur „ excusi opportuno causam præsidio confirmat. Nonne ele- „ ganter, nonne ratione, liberali ingenio digna iniurias suas „ *Frondinius* est ultus? Nam quid dicam de *Vermigliolio*, „ laudis non indigo, satisque præconii ab editis libris adepto, „ qui litteras illas Eugenii IV ad Perusinos datas (*Nov. Summ.* „ *num.* 2.) submisit, quarum tam creber usus nobis incidit, „ ac tam salutaris? Oportet profecto, sentiat, fateaturque Ad- „ versarius, se viris doctissimis insectandis, plus plagæ acce- „ pisse, quam iutulerit „.

locandis cogitarent, si primo intuitu cognoverint, quæ ipsi arte confecissent, forma, atque soliditate iis futura fuisse infirmiora, quæ rupes illa ultro præbebat? Ex quibus omnibus usque superque quam satis est, propositioni a nobis statutæ sua constat veritas. Cetera enim, quæ contra ipsam opponi possent, per ea, quæ inferius dicturi sumus, dissolventur. (*a*)

(*a*) „ Verumtamen aræ maximæ mensa non ab ipsa rupe, neque a cemento sustinetur, quod cavam rupem opplet, sed a muris, qui rupem interius ambiunt, ac quibus incumbunt mensam excipientes extremæ columnæ. Id sensu oculorum usurpatur, sumpta in manus *Delineatione æri incisa*, quam *Demonstrationi* nostræ præposuimus. Quomodo vero tam exacte, tam adamussim factum est, ut ara tota incumbat ex imo assurgentibus muris, declinet vero a cæmentis mediam rupem farcientibus, ac liceat cæmenta media exhaurire, quemadmodum contigit nuper, quin altaris universa moles ruinam trahat? Quomodo, inquam, hæc tam commode, pulchreque evenerunt, quin fabri, qui aram ædificabant, aut saltem Helias, qui opus fieri mandabat, eique præerat, consilio agerent, totam infernatium substructionum compagem callerent, noscerentque expedire, ut muros mensa prægravaret, non autem mediis cæmentis insisteret? Si enim illam cæmenta sustentassent, non solum id in causa fuisset, ut sine altaris ruina perveniri numquam posset ad Francisci sepulcrum, sed insuper mensæ, et aræ totius structura ponderosissima (Confer *Summ. Demonstrat. num.* 7. *Litt. D.*) tabulas saxeas, sepulcrum Francisci munientes, transversimque locatas, immani sua gravitate fregissent. Si quis consilium hæc omnia gubernans non videt, et hæc facta putat, non cognitis substructionibus inferioribus, neque sollicito animo de aræ firmitate, deque tutela constituti intra sepulchri; idem sane posset (qua censura haud meum noto Adversarium, Virum apprime probum, ac per vestigia Francisci gradientem) non Deum, sed casum architectum mundo præficere. Rursum *rupes illa* ut verba Adversarii adhibeam, *circa latera informis, ac superius per ingesta cæmenta utcumque complanata*, in quam, iuxta illius sententiam, casu inciderunt fabri, quum ad aram maximam ædificandam accessere, nimis opportune eum

PROPOSITIO VI.

Qui monstrare nitatur, sceleton infra Aram maximam Basilicæ Asisiensis non ita pridem inventum, S.Francisci Minorum Parentis esse Reliquias, ita argumentis ad id comprobandum destituitur, nullum ut afferre valeat, quod vel levissimam pariat moralem evidentiam.

46. Contrariam huic nostræ sententiam ut Demonstrationis auctor tueatur, a num. 58. ad 74. suæ Demonstrationis scite, ac ingeniose congerit universa. Quapropter quæ ibi collecta sunt si aut omnino corruant, aut saltem majori ex parte nutent; et nos rem confecisse dicendi sumus, et ipse caussa cecidisse putandus est: cum desit *evidentia* illa *moralis*, sine qua quidquam certi hac in controversia statui minime

---

„ locum occupabat, quem, ex descriptione in templis Christianorum recepta, ab ara maxima occupari decebat. Constitui enim ara debet ante *apsida*, seu arcuatam partem extremam templi, et in medio inter muros utrinque assurgentes spatio; quod ex *Cabassutio Diss. de Vet. Ecclesiar. situ, part. et struct. Dufresnio Comm. in Paul. Silentiar.* aliisque sacrarum antiquitatum peritis viris elicias. At fidem exsuperat, illam cavatam rupem, *per ingesta cæmenta utcumque complanatam*, ac cui sancti viri sepulcrum subest, occurrisse tam apto in loco, ut non alio certe attolli ara deberet. Casu hæc facta confingis. Sed casum mihi narras bene doctum, et eductum, præcipue vero accurata scientia imbutum Christiani moris, in templorum structura, atque altarium collocatione servandi. Quid, quod cæsa rupes, *per ingesta cæmenta utcumque complanata*, non aliam figuram habet, nisi quadranguli, cuius gemina latera plebi Christianæ, ac senatui sacro obversa, prolixiora valde sunt aliis lateribus, eademque omnino descriptione procurrunt, qua Christianæ aræ extruuntur? Hinc ara imposita hiatum rupis absolutissime claudit. (Vide in fronte *Demonstrat. Delineationem æri incisam*, et *Summ. num. 7. Litt. A pag. 40.*) Hæc omnia qui casu evenisse scribat, quique casui tantum deferat, ægre pietatem, ac veritatem contra Epicurum, Democritumque tuebitur quos certe ab Adversario odio habitos scio „.

posse, sæpe ipse fatcatur, nosque satis abunde monstraverimus (n. 2., et seqq.) Porro argumenta omnia, quæ invicte caussæ suæ patrocinari ipse putat, novem ex fontibus derivat: quos non eodem ordine, quo ab ipso proponuntur, enumerabimus. Scilicet 1.° Ex traditione, quæ vel ab anno 1230. eam in Basilicam S.Francisci exuvias fuisse translatas, apertissime docet. 2.° Ex sepulcri nuper inventi natura, qua constat, non potuisse in eo corpus aliquod conjici post Aræ majoris erectionem. 3.° Ex sceleti qualitate, quod non mulieris, sed hominis esse ea in ætate constituti, quæ ætati Sanctissimi Patriarchæ optime congruat, est a peritis affirmatum. 4.° Ex pensilibus lucernis, quæ jamdiu in foramine, quod patet in gradu Altaris ejusdem, dimittuntur ad Franciscanas Reliquias obsequio prosequendas. 5.° Ex duplici Xysti Papæ V Diplomate, in quo Francisci Corpus sub Altari majori Basilicæ ejusdem requiescere dicit, ubi revera sceleton illud inventum est. 6.° Ex arcæ materia, quam *saxeam* dixit S. Joannes a Capistrano. 7.° Ex indicata per Rodulphium a Tossiniano capsæ profunditate infra solum altaris. 8.° Ex indumenti qualitate in arca reperti, cujus humilitas Francisci designat paupertatem. 9.° Ex apparitione D. Francisci, qua dignatus est S. Joseph a Cupertino, quum ante aram illam Patriarcham Sanctissimum exoraret. Quorum omnium singula, etsi separatim spectata vix aliquid afferre valeant præsidii, simul tamen unita *evidentiam* illam parere existimant adversarii, quæ ad controversiam finiendam sit satis.

47. Porro *argumenta ex tribus prioribus fontibus petita nihil moramur.* Primum enim nostræ quoque caussæ favet plurimum, cum et nos intra Basilicæ ambitum Francisci Exuvias consistere dicamus. Alterum *obesse potius, quam prodesse Adversariis, fusius Propositione IV monstravimus.* Tertium denique *infirmius esse, quam ut ex eo quidquam præsidii carpere possint Adversarii*, judicamus. Cetera itaque graviora expendamus. (*a*)

(*a*) „ Brevi complectens, referensque in compendium „ meas probationes V. C. Adversarius, docuit §. *superior.* me „ causæ meæ robur arcessivisse 2.°. *ex sepulcri nuper inventi* „ *natura, qua constet, non potuisse in eo corpus aliquod conji-* „ *ci post Aræ maioris erectionem*. Id vero nunc scribit, nobis

Argumentum expenditur a pensilium lucernarum usu desumptum.

48. Ipse quoque Demonstrationis auctor fatetur num. 59. traditionem, quæ Franciscum in Asisiensi Basilica conditum refert, *quiddam nimis latum complecti*, *quum tota Basilicæ*

„ *obesse potius*, *quam prodesse*, idque se *Propositione IV monstravisse*. Scilicet quum ibi præclaras hypotheses suas condendi sub ara maxima sacri corporis effundebat, non alia ratione, id clam fieri potuisse assequebatur, nisi postquam ara fuisset extructa. (Recole §. 41. *huius Opusc.*) Quare „ *obesse* nobis nunc dicit, si Francisci corpus infra aram trudi post illius ædificationem nequiverit, quasi secus nulla ratione licuerit exuvias sacras illi subiicere. Sed, ante altaris ædificationem, tempus, et opportunitatem adfuisse Heliæ Francisci corpus eo loco, quo iacet, condendi; minime dubium habebis, si ea recoles, quæ scripsi *ad cit.* §. 57. *prior. Opusc. pag.* 92., *et seqq.* Nec vero *oberit* nobis, immo vel maxime *proderit*, fecisse exploratum, post altaris constructionem, nihil profecto illud infra esse demissum. Est enim id nobis præsidio, ne suspicari aliquis possit adulterinas esse nostras reliquias, ac fortasse nunc sub aram intrusas, ut aliorum credulitate abutamur.

„ De tertio capite nostrarum probationum, quod ducitur e sceleti Asisinatis cum sexu, ætate, ac statura corporis Francisci mirifica convenientia, pronunciat confidenter Adversarius, *infirmius esse*, *quam ut ex eo quidquam præsidii capere* nobis liceat. At me non mediocriter in mea sententia confirmat hæc indiciorum consensio tanta, quibus Asisinates reliquiæ Francisco asseruntur. Sit ita sane. Sola ossium congruens Francisco tum mensura, tum ætas, tum sexus ab illis proditus, leviora sint, si nihil præterea argumenti addetur, quam ut ideo Asisinates exuviæ adiudicari Francisco queant. Verumtamen, si hæc cæteris probationibus accedant, ad nihil censebis illa conducere? Numquam sane multa indicia veritatis nos fallunt, et errori mancipant: et quemadmodum pluribus e laterculis cæmento iunctis firmissimus paries assurgit, ita ex pluribus indiciis, aliquando seorsum infirmis, probatio invicta coalescit „.

moles prope immensi sit ambitus. Eam vero, inquit: *traditionem arctant ad locum Altari majori subjectum pensiles lucernæ, quæ ex foramine in Altaris gradu patente demissæ ad obsequium significandum erga Corpus D. Francisci, ac subterraneum locum luce irrigantes, ibi semper, suppeditato alimento, fulsere.* Ait ne quæso ad fucum faciendum epochas inter se mutuo immensum distantes copulare velimus. Priorem traditionis partem, nempe D. Francisci Exuvias intra Basilicæ ambitum contineri, lubens amplector. Ad lucernas vero quod attinet, jure petam ab adversario, undenam ipse resciscat, lucernas ibi fulsisse *semper?* Qui enim ubique nonnisi testibus antiquissimis, atque coævis fidem adhibere velle profitetur, nobisque irascitur, quod Pelbartum seculi XVI scriptorem proferamus, æquo animo ferat oportet, ut de lucernarum usu eo loci collucentium sciscitemur. Foramen illud in gradu Altaris excisum ne fuisse credas tempore Eliæ, qui tanto studio Francisci sepulcrum voluit omnes omnino latere? Illarum usum viguisse ne dicas seculo XIV, quum nempe Auctor Chronici quindecim Generalium affirmabat, latere omnes quonam in loco Francisci Corpus asservaretur (n. 37.)? Quonam titulo id ille affirmaret, si ea tempestate inibi lychni lucerent, eoque fine accenderentur, ut obsequium erga S. Franciscum significarent? Immo neque Pisani tempore usum illum obtinuisse putandum est, cum et ipse sepulcri locum sua ætate ignorari affirmaverit (ibid.). Porro quisnam omnium primus lucernarum earumdem mentionem injecerit inter Franciscanæ historiæ scriptores, penitus ignoramus, adeout liberalius forsan quam par est vix ante Xysti V ætatem (de quo inferius) fuisse invectum quisquam concederet. Videas igitur hominem, qui dum traditionem nostram irridet, quod seculo XVI non reputetur ab ipso antiquior, traditioni totus innitatur seculo XVI minime antiquiori. In hoc tamen nostra illi longissime præstat, quod huic, quominus altius assurgat, prohibent scriptorum testimonia sepulcri ignorationem contestantia. Nostra vero talis est, ut nec oriri quidem potuerit, nisi veritas esset cuique antiquitus comperta, et explorata. Repete quæ hac super re superius adnotavimus (n. 33., et seqq.) (a)

(a) „ Repetat lector, quæ de pensilium lucernarum ar-
„ gumento scripsi *ad §. 57. prior. Opusc. pag.* 99. Non hic

49. Sed majori quoque antiquitate polleat usus hujusmodi. Ex quo nullimode cum traditione illa componi queat, quæ ignotum Francisci dicebat sepulcrum, aliunde profecto, quam ex traditione, traxit originem. Sed unde? jure efflagitabis. E studio scilicet illo, ut ego puto, quo Filii religione ferventes

---

„ maiores salebras habet obiectio, quam penes alterum e „ meis adversariis haberet. Quoniam autem initia luminarium „ ad Francisci sepulcrum fulgentium in antiquitate delitescunt, „ ut *loc. cit.* planum feci: iure in mea *Demonstratione* scripsi „ fulsisse *semper*. Hoc enim dant Iurisconsultorum libri gravissi- „ mumque iudicium, ut quarum rerum haud exordia per- „ spicimus, et vetustatis caligine obscurantur, oculoque se „ nostro subducunt, *semper* facta, ac gesta prædicemus.

„ Sed hæc disputatio de pensilibus lychnis hic flectit ad „ diverticulum. Comparat enim Adversarius traditionem, quæ „ de corpore D. Francisci, sub ara Asisinati recondito, viguis- „ se conficitur ex luminaribus sub aram demissis, cum sen- „ tentia prohibiti a corruptione corporis D. Francisci, quam „ sæculo XVI cum *Pelbarti Pomerio* caput extulisse probavi; „ vultque hanc sententiam, quam traditionis nomine hone- „ stat, nos amplexemur, si priorem recipimus, et in honore „ aliquo habemus. Sed quomodo idem iuris utrique senten- „ tiæ tribuas, si alendorum lychnorum tam antiqua est con- „ suetudo, ut non liceat eius initia dispicere; sententiæ autem „ incorruptionis, omnium veterum sermone refutatæ (Confer „ *Adnotata ad §. 12. huius Opusc.*) funestissimum semen a „ *Pelbarto* fuit, quem vixisse, et fœdum hoc errore librum „ emisisse in lucem sæculo XVI, nemo non tenet? Insuper „ si aliquando vis luminum ad cineres Francisci non fulsit, „ aperta est huius rei causa in eo, quo Franciscales, Civesque „ Asisinates diu iactati sunt, metu, ne quis sacras exuvias sur- „ reptum accederet. Innotuisse tamen aliquibus semper pe- „ culiarem Basilicæ locum, sancto thesauro ditatum, *Auctor* „ *Chronici XV Generalium*, ac *Bartholomæus Pisanus* scriptum „ reliquit. Hinc si aliquando in subterraneo infra aram Ba- „ silicæ foramine lucernæ ali sunt cœptæ; non tunc primum „ emersisse opinionem de loco sepulcri colligimus, sed tradi- „ tionem, quæ timide, clam, ac penes paucos antea serpebat, „ deinde publici veluti iuris factam, eiusque notitia Italiam,

Parentis optimi latentibus Exuviis obsequium, quo meliori modo fieri poterat, præstare conarentur. Inerat enim ipsis a traditione indita opinio, intra Basilicæ ambilum Reliquias extare. Jam vero si quis ad obsequium hujusmodi contestandum lampades ardere vellet, ubinam aptius, quam ad Altare Ejus nomine Deo dicatum officium illud præstare decrevisset? Illic ergo primitus statutum est flammas excitare in lychnis. Sed quia in re obscurissima, et incomperta quisque sibi quod vero similius putat, statuere posse credit: hinc qui infra Altare Francisci Exuvias absconditas fuisse suspicati fuere, licere quoque sibi putarunt, immo et rem gratissimam Parenti Sanctissimo se præstituros existimarunt, si per foramen in Altaris gradu excisum lucernas demitterent, ut proximius lucerent ad sepulcrum. Hinc suspicio devotioni, ut ita dicam, immixta primum jecit et usus, et erroris fundamentum. Quod si quis hæc omnia a nobis sine caussa, atque ad libitum effingi queratur; aliam ipse rationem investiget, ex qua *usum illum* invaluisse putet; *dummodo traditione* (quæ vel ab Heliæ tempore, immo ex Heliæ voluntate, ac studio denuntiabat omnibus, ignotum esse sepulcri locum) *minime profectum fuisse concedat* (a). Siquidem ad argumentum fulciendum, quo lu-

---

„ orbemque totum fuisse refertum. Quid simile in temere „ excogitato incorruptionis prodigio; cuius occultatio ad arcendos fures nil proderat, ac cuius dilata fama terrori potius „ prædam molientibus esse poterat „?

(a) „ Hic ego, ad ea Adversarium revoco, quæ scripsit „ *superius* §. 38. Sua verba recognoscat. *Auctor CHRONICI* „ *QUINDECIM GENERALIUM etc. de Fratre Elia hæc* „ *habet: DUCTUS HUMANO TIMORE OCCULTE FE-* „ *CIT FIERI TRANSLATIONEM, NOLENS QUOD* „ *SCIRENT ALIQUI, UBI ESSET IN ECCLESIA SA-* „ *CRUM CORPUS, PAUCIS EXCEPTIS*: *quibus nem-* „ *pe quasi ad aures secretum illud committebatur. BAR-* „ *THOLOMÆUS PISANUS etc. Fratres commemorans*, quo- „ *rum corpora in Assisiensi Basilica requiescunt*: *PRIMUS* „ *EST* (inquit) *PATER SANCTISSIMUS NOSTER VI-* „ *DELICET B. FRANCISCUS, QUI HIC REQUIESCIT:* „ *DE CUIUS CORPORE AD OSTENDENDUM POPULIS* „ *NIHIL INVENITUR, NEC HABETUR; AC IN QUO*

cernarum eo loci consuetudinem nec seculo XIII, nec XIV, nec XV viguisse probavimus (n.° 48.), satis nobis est caussam dumtaxat possibilem (multo magis si probabilis ea sit) adinvenire, ex qua repetatur. Ex quibus omnibus satis nobis constare videtur, argumentum e pensilium lucernarum usu petitum, enerve, languidum, immo nullum esse ad opinionem Adversariorum stabiliendam.

„ *ECCLESIÆ LOCO IACEAT ETSI QUIBUSDAM EST*
„ *AGNITUM, QUIBUS VERO, IGNOTUM. Hoc idem Bol-*
„ *landiani etc.* Inconstantiæ portentum! Postquam *Auctor Chro-*
„ *nici* ab Adversario allatus nos docuit de *Helia*, eum *PAU-*
„ *CIS* quibusdam, e vulgo *EXCEPTIS*, impertitum esse
„ scientiam loci, *ubi esset in Ecclesia Sacrum Corpus*, diruit nunc
„ Adversarius axiomata sua, vultque concedamus, *usum* appen-
„ dendi lychnos ad Francisci sepulcrum a *traditione minime pro-*
„ *fectum fuisse*, quæ ab *Helia* ortum duxerit? Postquam *Pi-*
„ *sani* verbis insistens probaverit, *quibusdam* esse *agnitum*, *in*
„ *quo Ecclesiæ loco* Francisci exuvium *iaceat*, Basilicæ cu-
„ stodes dolosis strophis utentes inducit, quasi lucernas, e
„ retinaculis pendulas, in foramine graduum aræ maximæ
„ aluerint, quin re vera scirent infra illam Francisci sacros
„ cineres esse consepultos? At si, ex *Auctore Chronici XV*
„ *Generalium*, ac præterea ex *Pisano*, inspectis, commenda-
„ tisque ab Adversario scriptoribus, *sciverunt aliqui*, ubi sa-
„ crum spolium consisteret; quinam terrigenarum id sciebant,
„ nisi Franciscales aliqui, ac præsertim aliqui ex addictis Ba-
„ silicæ cultui? An, ut de incorrupto Francisci corpore nihil
„ inaudiverant Itali Franciscales, nihil Italia tota, attamen,
„ si placet superis, id perspicua scientia tenebat *Pelbartus* in
„ extrema Transilvania delitescens; ita, qui Basilicæ locus ve-
„ laret vulgi oculis Francisci exuvias, *sciebant aliqui* Brasiliam
„ fortasse, vel Madagascariam, vel Iaponiam incolentes, igno-
„ rabant autem omnes ex iis, qui in Basilica, spoliis Fran-
„ cisci exornata, in Dei, ac Francisci cultu dies, noctesque
„ ducunt insomnes? Quantæ licentiæ est, quamque proni in
„ calumniam animi, quum causa in oculos incurrat hone-
„ sta, quæ initium, atque incitamentum ad eos lychnos ibi
„ alendos præbuerit, rem actam astu, ac fraude capitalissi-
„ ma scribere „!

In Xysti V Sententiam inquiritur.

50. Xystus Pontifex hujus nominis V duplici in Diplomate affirmavit Francisci Corpus degere sub Altari Basilicæ majori. Jam novimus. Ast quid inde? Eos, qui scriptorum Xysto longe antiquiorum verba recitant, ideo irrident, ludosque faciunt Adversarii, quod ad eventus vetustate senescentes comprobandos recentiorum monumenta adducant: qua fronte itaque Xysti nunc recitant testimonium, qui seculo XVI labente scribebat?

51. Sed Romanus Pontifex in Diplomatibus præsertim sententiam suam depromens, præstat Scriptoribus privatis auctoritate summa. Fatemur: ideoque Xysti placita, nomen, eruditionem, auctoritatem reveremur. Ast (ne de Pontificis Romani judiciis disceptare nunc videamur) novimus quid nobis ii regerant, si Xysti opinioni opinionem Benedicti XIV opponamus. Novimus Diplomata Xysti non eo spectare, ut peculiarem Franciscani sepulcri locum authentica ratione designet; sed per transennam de eo mentionem injicit. *Novimus item, post lucernarum usum invectum in foramine Altaris majoris Basilicæ, eorum prævaluisse suspicionem, qui Francisci Corpus inibi latere opinabantur; adeout quod devotionis ergo fuit invectum, errori præstitit firmamentum: Nemo idcirco mirabitur, Xystum quoque, quem lucernarum usus minime latebat, in eamdem ivisse sententiam.* Hinc prorsus abs re, immo potius ad invidiam nostræ caussæ conflandam ex tanti Pontificis nomine urget Adversarius, Xystum rerum prudentem et codices lustrasse, et tabularia excussisse. Sed æquitatem in judicando efflagitamus. Fuerit ille Franciscanarum rerum peritissimus. Numquid ipsi dumtaxat codices ii innotuerunt, quos Pelbartus, Angelius, Rugilius, Lombardius, Wadingus penitus ignorarunt (*a*)?

(*a*) „ Repetis Xysti V testimonia de corpore Francisci „ infra aram quiescente ab illis fraudibus, illisque fraudolentis, qui fallaciam credulis hominibus intendentes (at in illis credulis, pinguique Minerva utentibus erat, te iudice, „ Xystus) cœperunt in foramine luminaria, ac faculas alere, „ quin scirent, cineres Francisci foramini illi subesse. Sed „ nihil promoves, oleumque, et operam perdis, dum ab isto

De S. Joanne a Capistrano arcam saxeam commemorante.

52. Ut a longe Demonstrationis Auctor legentium animos ad id sibi pararet, quod intendebat, pag. 7. per Propositionem

---

„ fonte fraudolento, et impuro haustam Pontifici scientiam „ dicis peculiaris Basilicæ loci, quem sacræ ornent exuviæ. „ Sumptis a te ipso scriptorum testimoniis, *superiori in Adnotat.* constitui, *quibusdam* semper *fuisse agnitum* peculiarem Basilicæ locum, in quem clanculum adactæ sunt „ Francisci reliquiæ. Præter illam ergo scientiam, quam Xysti aetate cuique de hoc argumento suppeditabant sitae sub „ aram lucernæ, aliquid ex Franciscalibus documentis eruere Xystus hac de re potuit, vel quum in *Conventualium* „ familia versaretur, vel quum esset e Purpuratorum splendidissimo cœtu, nec intermittens ea, quibus se totum devoverat, studia, pergeret veteres codices, ac monumenta impense conquirere, et ex illis, quæ commendarentur utilitate, decerpere. Sane et *Tempestius in eius Vita*, et Xysti „ rerum scriptores alii eum in dignitate Viri Cardinalis eminentissima libris intentum, et bibliothecas totas sede, ut „ ita dicam, moventem, ac convellentem exhibent.

„ Sed nihil vestigando invenerit Xystus, quod ad rem „ nostram. Certe tamen, Xysto Pontificatum tenente, aliquis „ per bibliothecas, ac tabularia, discurrens incidit in documentum, in quo de Francisci sepulcro tam accurate agebatur, ut nihil accuratius, et expressius posset optari. Est „ enim in omnium oculis *Rodulphi Tossinianensis Historia* „ *Seraphica*, Xysto Pontifici nuncupata, et in eius nomine „ edita anno MDLXXXVI, in qua scriptor, adhibens vocem, „ *ut dicunt*, atque ita significans, se rem ab aliis acceptam „ adscribere, mensuras tradit profunditatis receptaculi subterranei, quo Francisci reliquiæ clauduntur. Qui tanti pretii „ documentum Xysti ætate a caligine, ac tenebris vindicavit, „ non illud profecto in sinu suo clausit, sed statim Xysto est „ impertitus; Xysto, inquam, Francisci in primis studioso, „ eius disciplinam professo, et familiæ *Conventualium* olim „ supremo rectori, nec umquam ab iis, ac Franciscalibus cunctis animi propensione divulso.

VI statuit, Francisci Exuvias *in Arca saxea* fuisse conditas. Ad id vero demonstrandum vadem offert S. Joannem a Capistrano, cujus hæc esse verba dicit: *Ad Civitatem relatus* (Franciscus), *in Ecclesia S. Georgii, ubi puerulus literas didice-*

„ At (excipit enim ita Adversarius) *Pelbartus, Angelius, Rugilus, Lombardius*, Wadingus, nihil habent simile, videnturque id documenti non inspexisse. Sit ita, si hoc „ tibi postulas dari. Numquid autem aut debuit, aut oportuit documentum eadem semper in sede manere, aut, „ ut maneret, fuit laborandum, postquam *Tossinianensis*, iis omnibus vetustior (si *Pelbartum*, numquam, „ quod sciam, apud Italos diversatum, excipias) quæ consignata documento reperiebantur, publici iuris fecerat? Deinde, ecquod *Pelbarto, Angelio, Rugilo, Lombardio, Wadingo* cum eo documento dissidium? Quid ab his scriptoribus traditum, quod faciat contra situm a nobis sepulcrum „ D. Francisci in subterraneo infra aram maximam loco, ac „ respondente foramini lychnis ornato? Nam licet pro sacri „ corporis incorruptione scriptores isti prælientur, et incorruptionis patroni intactum, ac vividum Francisci spolium in „ *tertiam, infimamque* soleant *Ecclesiam* detrudere; non inficiantur tamen, conditorium sacri corporis suppositum esse „ ad perpendiculum aræ maximæ *inferioris*, seu *mediæ*, Ecclesiæ, ac præsertim lampadum receptaculo. Ecce mihi *Angelius* in manibus, in assertoribus incorruptionis, *tertiæque* „ *Ecclesiæ* commentitiæ architectis, ac conditoribus clarum „ nomen. Ipse tamen, describens aram maximam *Ecclesiæ*, „ quæ *secunda* illi est, *Coll. Parad. lib.* 1. *tit.* 19. huiusmodi verba facit: *Ante Altare, e regione Orientis, in medio* „ *faciei altioris gradus lapidei sub lignea crepidine quædam* „ *est fenestrella, ferro munita, per quam in subiacentem specum* (ita foramen vocat) *tres ex argento lampades semper* „ *ardentes submitti solent, quo significatur, DIRECTE SUB* „ *ALTARI, cui specus subest, SACRUM STARE THESAURUM*. Non igitur, qui incorruptionem propugnant, „ quique sollertia ingenii *tertiam* fabricantur *Ecclesiam*, repugnant traditioni, antiquitate maxima commendatæ, de „ Francisci exuviis sub aram maximam demersis; ac frustra

rat, *IN ARCA SAXEA reverenter reconditur.* Tum pergit ibi monstrare, Joannis testimonium, etsi longe is a Francisci ætate abfuerit, omni esse fide dignissimum, *ne tantæ prudentiæ, tantæque pietatis scriptor insimuletur mendacii*. Ex quibus pag. 78. deducit, ossa, et cineres in Assisiensi Basilica nuper inventos, cum *in arca saxea* delitescerent, esse revera Francisci Exuvias.

53. Quoniam vero ad Summarium appellat (*num.* 2. *ibiq. num.* 41.), videamus quid nobis Summarium offerat contemplandum. Refert ibi Lombardius, inter codices, qui in Corsiniana Bibliotheca asservantur, Chronicum haberi latino sermone a Joanne exaratum: in cujus pag. 36. quum mentio fiat de S. Francisco, deque ejus *Legenda* per Bonaventuram descripta legitur. *Nos autem ex devotione S. Francisci brevem antiquam Legendam hic inseruimus*. Ad hujus Legendæ calcem ea narrantur, quæ de *saxea* Francisci *Arca* nuper retulimus. Itaque, si quid videam, nihil Joannes e sententia de arca protulit: adeoque assertionis fides ex Legendæ auctore dijudicanda erit. Porro quemnam Legenda illa auctorem habeat, quantique facienda sit, ignoramus. Equidem ex Joannis sermone (si revera codex ille germanum sit Joannis opus), *colligi posse videtur*, *fuisse illam a Bonaventura compositam*: *in cujus tamen breviori Legenda*, *quæ nunc ubique prostat*, *nihil tale invenitur*. Videas igitur vel ex hoc capite quantulum præsidii caussæ suæ inde Adversarii adsciscant.

54. Sed est insuper quod tantam augeat levitatem: immo quod ex indiciorum albo narrationem illam expungat. In eodem Summario loco citato num. 38. referuntur verba Pisani, qui anno 1399, nempe longe ante Joannis ætatem, librum *Conformitatum* explevit. Is autem de Francisco loquens hæc habet: *Ejus sacrum Corpus in quadam capsa nova de lignis incluserunt*. Pisani ne, an ementitæ S. Joannis sententiæ adhæreamus? Nemo Joannem, seu potius Legendæ auctorem a Joanne relatæ mendacii insimulaverit (neque enim quicumque

---

„ Adversarius *Pelbartum*, *Angelium*, *Rugilum*, *Lombardium*,
„ *Wadingum* educit, ac tamquam legionem, instruit contra
„ Xystum Pontificem, qui, traditioni, et monumentis sibi
„ perspectis inhærens, bino diplomate Francisci spolium sub
„ ara maxima condidit „.

fallitur, mentitur): Sed Pisanus antiquitate præstat. Quia vero Pisani verba sunt e diametro iis opposita, quæ Joanni tribuuntur, hinc in nota *A* ad pag. 13. ejusdem Summarii hæc adnectuntur: *Il Pisano, come di sopra riferimmo, scrive IN QUADAM CAPSA NOVA DE LIGNIS. Ma ben poterono, anzi par che dovessero esser due arche, una di legno dentro l'altra di marmo.* Liceat profecto, hujusmodi effugio Joannis verba cum verbis Pisani componere. Interea tamen jure nos petimus, ut saltem in marmorea arca nuper inventa *lignea capsa* nobis ostendatur (*a*).

(*a*) „ Hæc omnia a me expensa, atque enodata in *Adnotatione ad* §. 6. *prior. Opusc. pag.* 24., *et seqq.* ad eamque „ remigrare legentes volo. Illud tantum, ut V. C. Adversario „ cumulate satisfiat, animadverti opus est, auctorem operis „ *Corsiniano Codice* repræsentati, ea cui *brevis antiqua legenda* „ inseritur, meminisse quidem de Bonaventura, tamquam de „ accurato gestorum D. Francisci, ac D. Claræ scriptore. Inquit enim: *Admiranda, et felicia opera, et virtutes eorum* „ *per plures prudentes viros consumpta fuerunt, et ultimo per* „ *Fratrem Bonaventuram Cardinalem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ etc.* Verumtamen dum addit: *Nos autem ex devotione* „ *Sancti Francisci brevem antiquam legendam hic inseruimus,* „ *ut de ipso devotam memoriam habeamus etc.* haud profecto „ pollicetur, se legendam exhibiturum, quæ D. Bonaventuræ „ calamo elaborata; quem in sensum Adversarius eius verba „ cogit. Commentaria quidem, sive, ut appellabant, *legendæ* „ de vita Francisci multæ antiquitus ab auctoribus, partim notis, „ partim ignotis, prodiere, earumque plures adhuc, quod doleo, „ in tenebris habentur occultæ. *Ho letto* (ita *Affons in Vita* „ *Heliæ pag.* 28.) *in una Vita antica di S. Francesco scritta* „ *a penna nella Biblioteca del Convento d'Ognissanti in Firenze, divisa in XXVI Leggende, o Capitoli etc.* Idem in libello inscripto: *Risposta dell'Autore della Vita di F. Elia etc.* „ verba faciens de Bernardo Bessensi, sæculi XIII homine, „ qui descripsit vitam Francisci, *è*, inquit, *presso di me tratta dal Codice Torinese*. Quum igitur ex Francisci gestis, „ ac virtutibus prope divinis tam multi sibi argumentum scriptionis sumpserint, opportune fecit auctor, quisquis ille

Quidnam ex Rodulphii Tossinianensis testimonio eruatur.

55. Rodulphii verba in Demonstratione num. 61. relata hæc sunt: *Sub Altari* (Basilicæ Assisiensis) *alius est locus in altitudinem pedum, UT DICUNT, septem, plus, minusque. Depressus est locus, et fornicatus, ubi est Sanctum Corpus collocatum.* Cum vero Tossinianensis indicatio iis respondeat dimensionibus, quæ non ita pridem in Asisiensi sepulcro a peritis comprobatæ fuerunt; heic quodammodo Auctoris oratio exultare videtur. Etenim postquam animadvertit, *potuisse* Rodulphium id ex aliquo monumento, cui hujuscemodi notitia consignata erat, haurire: *Sentiunt ne* (pergit num. 63.) *qui caussæ propemodum conclamatæ patrocinari nos ajunt, quantum firmamenti in hoc sit ad eam probandum? Omnino tantum, ut si ab omni alio jure illa esset destituta, et inermis, vel hoc uno posset argumento firma, ac nullo incursu labefactanda videri.* Dum *hæc scribimus, Rodulphii opere destituimur,* ut nobis non liceat dictis comparare. *Quod non ideo dicimus quasi fraudem suspicemur: sed quod scrupulum nobis injiciant aliquem alia Rodulphii verba, ex eodem Lib. 2, unde priora illa desumpta fuisse affirmat Demonstrationis Auctor* (a).

„ fuit, *operis Corsiniani*, qui, gesta *Sanctorum Occidentalium* „ exponens, quum ad Franciscum pervenisset, non sibi de „ argumento tam trito commentandi operam arrogavit, sed e „ multis, quæ delitescebant, ac delitescunt adhuc, Francisci „ *legendis antiquis* unam, eamque *brevem* operi suo adne- „ xuit, et, quantum in se fuit, ab immerita oblivione vin- „ dicavit „.

(a) „ Nulla est Franciscalis bibliotheca tam deserta, et a „ bona copia librorum nuda, in qua non angulum impleat „ *Rodulphii Tossinianensis Seraphica Historia*, quæ quidem, „ ante *Wandingum*, ac *Flaminium Lateranum*, erat Franci- „ scalibus cunctis, quoad domesticam historiam, ac decus „ omne, mera, et gratissima *polyanthea.* Non igitur facile aliquis „ credet, Adversarium, *dum scriberet, Rodulphii opere* fuisse „ *destitutum*; aut certe credem, nullo eum negotio facultatem „ inspiciendi libri fuisse habiturum, si homo in *Reformatis*

In Summario enim pag. 18. num. 61. hæc refert Lombardius Tossinianensis verba in eodem Libro 2. pag. 249. descripta. *Altare vero* (inferioris Ecclesiæ) *circumquaque ferreis quibusdam insertis cratibus, et ansulis intortis vallatum est. Sub ara IN ABDITO ET SECESSU, conditum est Venerabile illud Corpus B. Patris, ubi alias Furinum, sive locus erat, in quo fures, et improbi homines publice suspendebantur, vulgo dictus Collis inferni*. Miramur profecto, 1.° Rodulphium in eodem secundo libro semel ac iterum inferioris Ecclesiæ Altare ac-

---

„ auctoritate præcipuus, ac cui tot bibliothecæ reserantur ad „ nutum, ad se deferri mandasset. Sed quia sentit ipse quan- „ tæ confidentiæ sit, contra testimonium Tossinianensis hisce- „ re, quo causæ nostræ lumen *physicæ*, vel potius *geometricæ demonstrationis affunditur*; ne modestiæ famam amitte- „ ret, consilium cœpit dicendi quidem contra petitam a Tos- „ sinianensi demonstrationem, ita tamen, ut incertus animi „ vellet videri, num aliquando Tossinianensis ea, quæ ab illo „ excerpsimus, exararit. Interim ut retineat ipse modestiæ „ laudem, male ille me plectit, et in fraudis suspicionem, „ quasi Tossinianensis verba confinxerim, incido. Qua qui- „ dem suspicione non me Adversarius exonerat scribens; *Quod* „ *non ideo dicimus, quasi fraudem suspiciemur: sed quod* „ *scrupulum nobis injiciant aliquem alia Rodulphii verba ex* „ *eodem lib. 2. unde priora illa desumpta fuisse affirmat Demonstrationis Auctor*. Sane Adversarius, qui se narrat nescio „ quo *scrupolo* male torqueri, non hic se ipsum excutit, ac „ recognoscit; quod dum agunt aliqui, misero sollicitantur „ angore, *scrupulisque* cruciari dicuntur: sed in me, et in „ loco Tossinianensis a me allato defixum animum habet, „ nec scit, utrum *Rodulphius Tossinianensis* habeat verba, „ quæ ex illo *desumpta fuisse Demonstrationis Auctor affirmo*. „ Quapropter molestus illi scrupulus, nonnisi a meæ fraudis „ suspicione illi potuit accedere; aut si nulla illi insedit de „ mea fraude suspicio, scrupulus eum de hoc negotio plane „ nullus macerat. Quæ est igitur, et quam inopportuna, „ adhibita mihi ab Adversario defensio, quæ partes habet „ inimicas, ac confligentes vicissim, ponitque *idem simul* „ *esse, et non esse*? Ut ab intentata fraudis criminatione meo

curate describere (a) 2.° Ipsum asserere, Corpus B. Patris sub ara quidem, sed *in abdito*, *et secessu* conditum esse, si revera dixerit, sepulcri locum in altitudinem *pedum septem*, *plus*, *minusque*, esse sub Ara depressum: cum verba illa *in abdito*, *et secessu* aliquid majoris profunditatis innuere videan-

---

„ me arbitratu, ac mihi probata ratione tuear, exemplum „ *Seraphicæ Historiæ*, a *Tossinianensi* exaratæ, in cuius *lib.* 2. „ *pag.* 250. *terg.* obvius est adductus locus, *apud acta* de- „ ponam „.

(a) „ Admiratione pugnat contra legitima documenta Ad- „ versarius. Eiusne admiratio incommodum illi testimonium „ e libris Tossinianiensis exterminabit, expunget? At enim si „ genuinus est a me allatus locus, *Rodulphius in eodem se-* „ *cundo libro semel, et iterum inferioris Ecclesiæ altare de-* „ *scribet*. Sallustium, credo, aut Nepotem mihi narras, quum „ Rodulphium Tossinianensem narras, cui religioni sit a præ- „ scripta historicis brevitate discedere, in quo nihil redundet, „ nihil superfluat, ac nihil velis, tamquam inutilem frutica- „ tionem, cohibitum, atque amputatum. Egerat quidem *ac-* „ *curate* Tossinianensis de *Altari* Basilicæ inferioris per ea ver- „ ba, quæ ipse recitas, immo longe prolixiori oratione eo in „ *capite Libri secundi*, quod inscribitur: *de templo Assisii B.* „ *Francisco dicato*, *et de eiusdem corpore*. Ecce, postquam „ caput illud absolverat, docetur Tossinianensis de profundi- „ tate sepulcri Francisci sub ara Basilicæ maxima, eique pan- „ ditur profundæ cavitatis mensura. Homo fortasse fugitans „ laboris, quem sane magnum affert cura refingendi, quæ „ antea scripseris, et alia, quæ supervenerint, ita iam scri- „ ptis includendi, ut unum in corpus coalescant, novum, ac „ brevissimum *caput* exorditur (constat enim lineis novem, „ et dimidia) factoque titulo *de admirabili sepulchro*, *in quo* „ *venerandum corpus B. Francisci conditum est*, ibi quæ di- „ dicerat post primam scriptionem, effundit. Mireris hoc in „ Tossinianensi, qui adeo non affectavit exquisitam designa- „ tionem, ac coagmentationem operis, ut vitia sua non ipse „ texerit, et *in Præf.* scripserit: *Novi tamen ingenium homi-* „ *num*, *nec ignoro me in hac describenda historia gravem su-* „ *biturum censuram*, *qui vel alibi* (forte *alicubi*) *mancus*, „ *vel alicubi supervacaneus in multis videar* „?

tur. 3.° Lombardium posteriora potius, quam priora Rodulphii verba selegisse, quæ ad rem suam aptiora fuissent (a).

56. Ast dubitatio quævis abscedat; Sintque omnia huc usque relata germana Rodulphii verba, quin suspicemur iis ali-

---

(a) „ Sepulcrum, subterranea vallatum rupe, *in abdito* „ non est? Sepulcrum a reliquis Basilicæ partibus seiunctum, „ et altari tantum affine, sed affinitate obscura, et oculis non „ patente, non est *in secessu?* Si exuvium sacrum sub ara „ Asisinati latet ad profunditatem *pedum septem plus, minusque*, non est *in abdito, et secessu*, et *verba illa IN „ ABDITO, ET SECESSU aliquid maioris profunditatis innuere videntur?* Ast *in abdito* fuisse reliquias, quæ sub ara „ Asisinati constitutæ, docet dudum frustranea ad eas eruendas adhibita diligentia, quum Francisci spolium anxie quærentes sub aram Asisinatem variis temporibus alii tetenderint, nec tamen umquam illud se diligentissimis vestigatoribus in conspectum dederit. Neque, ut proprie, ac latine „ aliquid *in secessu* esse dicatur, oportet id obtinere altissimum locum. Alioqui inepte *Virgilius* scripserit *Æneid.* 1. „ *v.* 163. *Est in secessu longo locus etc.* Quid enim attinuit „ addere *longo*, si quum esset *in secessu*, non potuisset non „ esse in sinu valde reducto? Quod si Virgilianum in versum vocem *longo* per *pleonasmum* invectam dicas, quia *recessus* ipse, sententia tua, magnam semper profunditatem „ significet; nemo elegantium virorum, tibi *Æneidos* explanatori, assentietur, et recusabit quisque tibi plus deferre, „ quam *Servio*, *Cerdæ*, *Pontano*, *Ruæo*, *Heynæo*, qui in Virgilio interpretando acutum viderunt, et tamen nullum hic „ *pleonasmum* viderunt. Illud etiam Adversarius miratur, „ *Lombardium* non potius a me allatum, quam allatum „ a se legisse ex Tossinianesi testimonium, quo *Appendicem* „ suam locupletaret. In istam tamen de Lombardio admirationem non effervescet, ac penitus eam comprimet, si quidem animadvertat, colligenda ei fuisse testimonia contra *Flaminium Laterem*, cui Francisci *reliquias* in Basilica manere perspectum non erat, ac cognitum. Huic refellendo „ quum non minus suffragaretur ille Rodulphii locus, quem „ Lombardius ex eo prompsit, quam noster, potuit eos inter „ locos primo obvium arripere „.

quid ab alio assutum. Verum Rodulphius iste idem ipse est, qui eodem Lib. 2. fol. 149. affirmat, S. Francisci Corpus a Cardinali Carillo Albernotio visum, inspectumque fuisse (n.° 11 30) Numquid in monumentis perscrutandis ea dumtaxat, quæ Adversariorum caussæ favere videntur, rimavit; in reliquis vero perfunctorie se gessit, ac plane cæcutivit? Quod si accurate omnia et legisse, et expendidisse dicas, videas quid inde sequatur, Rodulphium nempe, cum Albernotii inspectionem retulit, quod monumentis constabat descripsisse. *Quum vero de peculiari Francisci sepulcro disseruit, opinionem illam, quæ tempore Xysti (cujus nomini opus suum nuncupavit) jam ex lucernarum usu invaluerat (num. 48, et seqq.) fuisse amplexatum*. Id quod ex verbis illis *ut dicunt* satis aperte colligitur, *quæ dubitantium quidem*, atque incertam rei famam sectantium; minime vero res accurate expendentium, ac monumenta lustrantium *verba sunt* (*a*).

(*a*) „ Expecto quomodo Adversarius, hæc componat cum „ canone, seu lege, quam antea rogavit. Inquit enim §. „ 28. *Si scriptor quispiam alicuius rei veritatem probaturus „ certa incertis, vera falsis admisceat etc. minime etc. omnia, „ quæ ad rem suam adducit, falsa esse putabimus, si præsertim eorum nonnulla satis validis monumentis fulciantur*. „ Legi huic sensus nimium lati, quaque facile sit ad conciliandam fidem ineptissimis, ac mendacissimis scriptorum „ abuti, in *Adnot. ad cit.* §. intercessi; ita tamen ut eam „ emendarem, non ut omnino reiectam vellem. Quis enim „ tam inclementis sit animi, ut scriptori alicui, quoad omnia, „ quæ narrat, fidem abroget, quia falsa persuasione deceptus „ aliquando minus vera tradiderit, seque, quod omnium hominum est, alienæ fraudi, aut errori obnoxium præbuerit? „ Quis scriptori candido, nec fluxæ fidei, sed aliquando alienis „ erroribus, aut dolis irretito, nihil amplius credat, si præsertim desierit eo in argumento versari, in quo sibi dari „ verba est passus, sique alia scribendo attingens videatur fidis ducibus viam carpere?

„ Quare si Rodulphius post Pelbartum, et Sepulvedam „ inspectionis Albernotianæ fabulam iteravit, non negabo ei „ fidem adiungere quoad locum, ac dimensiones sepulcri D.

57. Ast, inquies, si nullam hujusce rei notitiam e tabulariis, aut codicibus hausisset Rodulphius, qui fieri potuis-

---

„ Francisci. Iam enim gradum ad aliud argumenti fecit; quum
„ inspectio Albernotii sit unum e propugnaculis, quo causam
„ suam instruunt incorruptionis patroni; causa autem incor-
„ ruptionis alia omnino res sit, ac controversia de loco Ba-
„ silicæ, qui Francisci exuvias excipiat. Qua in disputatione
„ nullas adversum nos simultates patronos incorruptionis exer-
„ cere, posui ante oculos in *Adnot. ad* §. 51. Habuit autem
„ Rodulphius ad mensuras sepulcri D. Francisci tradendas sa-
„ tis impulsus, ac causæ. Id produnt eius verba: *Sub altari*
„ *alius est locus in altitudinem pedum*, *UT DICUNT*, *se-*
„ *ptem*, *plus minusque etc. ubi est sanctum corpus collocatum*.
„ Nam qui usus est clausula, *ut dicunt*, significat id se non
„ uno auctore comperisse, sed pluribus. Non id tamen, quod
„ planissimum est, e verbis, *ut dicunt*, a Tossinianensi usur-
„ patis, colligit Adversarius; sed tantummodo, ambiguum
„ fuisse ipsi Tossinianensi, quod de Francisci sepulcro litte-
„ ris consignabat. Ego vero facile dederim, non omnem du-
„ bitationem de mensuris, quas tradebat, a se depulisse Tos-
„ sinianensem; causamque deinceps promam, ob quam illi
„ erat incertum, num mensuræ profunditatis sepulcri Asisina-
„ tis, quæ illi suppeditatæ, cum ipsa re convenirent. At ve-
„ ro nobis satis est, illius profunditatis dimensiones cum de-
„ tecto nuper sepulcro congruere. Non enim quid ille de
„ huiusmodi argumento fixum, ac ratum duxerit, sed con-
„ venientia mensurarum, quæ traditæ illi fuerant, cum profun-
„ ditate sepulcri sub ara illa reperti, ubi Franciscum condi-
„ tum esse tum Tossinianensis, tum annosa traditio docet,
„ probationem inconcussam pro causa nostra conflavit.

„ At etiam Adversarius sermonem hic de lucernis infert,
„ ad tumulum Francisci fulgentibus; quæque *Tossinianensis de*
„ *peculiari Francisci sepulcro disseruit*, non aliunde ducta esse
„ inculcat, quam ex *opinione illa*, *quæ tempore Xysti*, *cu-*
„ *ius nomini opus suum nuncupavit*, *iam ex lucernarum usu*
„ *invaluerat*. Proh loquaces lucernas, ac scite garrulas! Quia
„ enim Tossinianensis, *de peculiari*, ut adversarius habet,
„ *Francisci sepulcro disserens*, mensuras etiam profunditatis se-
„ pulcri præbuit; non tantum lucernæ illæ (quod sine ex-

set, ut adeo accurate dimensiones indicaret, quæ situi, atque profunditati sepulcri nuper inventi responderent? . . . Scilicet *iis*, *qui Sacras Francisci Exuvias infra Altare positas esse crederent*, *nonne proclive fuit suspicari prius*, *tum etiam asserere, nonnisi ad SEPTEM PEDUM profunditatem*, *PLUS*, *MINUSQUE*, *eas delitescere?* Qui enim dixerat, *fornicatum esse locum*, *ubi est Sanctum Corpus collocatum* (quod profecto minime Adversariis arriserit, cum fornicem nullum in sepulcro nuper detecto invenerint), secum reputans et fornicis, et altaris substructionum crassitiem, *pedum septem*, *plus*, *minusve*, profunditatem debuit suspicari. Ut quid ergo ex dubitantis, ac incerta loquentis Rodulphii verbis tantum sibi Adversariorum caussa jactat triumphum, quasi nempe inter tot Franciscanæ historiæ Scriptores, huic dumtaxat divinitus revelatum fuerit arcanum (*a*)?

„ presso sermone poterant) locum consepulti Francisci monstrarunt, veruntamen addiderunt (in quo oportuit illas vocem erumpere) tumultum ab ara *pedibus septem*, *plus minusque* distare. Gratulor Assisinatibus, gratulor Umbris universis, apud quos tam in tempore verba faciunt lucernæ. „

(*a*) „ Ab homine hæc profecta putes, ingenii perpicacissimi, litterarumque multarum, qualis et aliorum, et mea sententia V. C. Adversarius habetur? Jam non lucernæ, quod ob posita superius verba putabamus, Tossinianensi mensuras profunditatis ostenderunt, ad quam demersæ sub ara sunt Francisci reliquiæ, sed *iis*, *qui Sacras Francisci Exuvias infra Altare positas esse crederent etc. proclive fuit suspicari prius*, *tum etiam asserere*, *nonnisi AD SEPTEM PEDUM profunditatem PLUS*, *MINUSQUE eas delitescere*. Pulchre. Quis neget? Sic quia mihi ex *Cap. Geneseos* 37. perspectum est, Iosephum a fratribus in cisternam esse proiectum, scioque id accidisse, ut habet Moses, *in Dothain*, oporteret me profunditatem cisternæ illius probe callere, aut saltem, quam alte in terræ sinum *plus minusque* illa tenderet, ignorare non possum, quin accensear stupidis, et mihi illud *Martialis* ingeri iure queat:

Abderitanæ pectora plebis habes.

„ At ego, quia, ut sepulcrorum, ita cisternarum fossiones varie, nec parvo discrimine terram subeunt; desperem,

De lapide, vestium fragmentis, aliisque in Arca conspectis.

58. *Consuevisse Franciscum, dum viveret aut ad lapides, aut ad arborum truncos acclinare caput*, ut vel naturali in-

---

„ me quidquam posse de Iosephi cisterna constituere, quod „ ab illius profunditate maxime non abludat.

„ Quod si nemini *proclive fuit* suspicari „ *Sacras Francisci* „ *Exuvias ad septem pedum profunditatem plus minusque de-* „ *litescere*, et hanc mensuram ea tantum de causa tradere, „ quod eas *infra Altare positas esse crederet*, alienissimus cer- „ te ab ea mensura eam tantum ob causam statuenda debuit es- „ se Tossinianensis, cuius contra doctrinam profunditas sepul- „ cri tam exigua faciebat. Fuit enim ex ea factione Tossi- „ nianensis, quæ exuvias Francisci in tertia, imaque *Ecclesia* „ recondit. Etenim, *Vasarii* doctrina, seu potius deliramento „ imbutus, *Histor. Seraph. lib 2. Cap. De templo Assisii D.* „ *Franc. dicato, et de eiusd. corpore pag.* 247. *terg.* hæc ha- „ bet: *Divisum est templum illud in tria segmenta iuxta tria* „ *vota religionis quam profitemur. Inferior Ecclesia designat* „ *sanctam obedientiam, quæ altis defixa est radicibus; ibi* „ *conditum est sacrum corpus B. Patris Francisci cum multis* „ *aliis beatis etc. ad eum locum datur aditus per vias sub-* „ *terraneas, et per secretos cuniculos, qui satis latent.* Qui „ opinionem istam ad animum admiserat, putabatque, ut ex „ *secunda Ecclesia* ad *tertiam* Francisci corpore ditatam, per- „ veniretur, decurrendas esse *vias subterraneas, et secretos* „ *cuniculos*, qui certe aliquid profunditatis usurpabant, quom- „ modo crederet, sepulcrum Francisci distare ab ara super „ incumbentis *Ecclesiæ pedibus* tantummodo *septem plus mi-* „ *nusque?* Enim vero aliquid ex ea profunditate dari sibi postu- „ labant cunieuli; aliquid etiam ex ea decerpebat fornicis, „ qui inter utramque *Ecclesiam* intercedere debebat, crassities. „ Quomodo igitur inter fornicem, solumque *infimæ Ecclesiæ* „ tantum spatii intercederet, ut in ea versari, erectoque cor- „ pore consistere hominum aliquis posset? Oportebat sane „ nonnisi pumiliones, et humanæ speciei opprobria in illam „ admittere. Et tamen, ex Tossinianensis narratione *pag. cit.* „ *et seq.* in eam *Ecclesiam* pervenerat, et per illam libere ve-

gruente fessi corporis necessitate, nullam ei requiem concederet, *res compertissima est*. At *voluisse Eliam eodem modo in sacras illius Reliquias quodammodo sævire*, et pulvinaris loco lapidem venerando Capiti supponere, *nullimode ut credam inducar*. Eo vel magis, quod testes oculati affirment, lapidem vidisse non quidem subter caput, sed *vicino al cranio*, *vicino alla testa*, *alla destra del capo*. Id vero vel attigisse satis: cum lapidis istius mentionem videam injectam potius ut non obstare, quam ut caussæ suæ opem ferre, Disertationis Auctor ostendat (*a*).

„ stigia moverat Nicolaus V non sine aliquo comitatu, in-„ spexeratque *lastram marmoream*, *supra quam ex orientali* „ *latere corpus illud sacrum Francisci Seraphici ERECTUM* „ *stabat*. His enim fidem adhibebat Tossinianensis, qui sibi „ obtrudi est passus, inseruitque suæ historiæ supposititias li-„ teras *Francisci de Bautio*, *Adriensium Ducis*, quas in *Ad*-„ *not*. *ad*. §. 11. commemoravi, et ab ipso *Angelio* pro im-„ posturæ portento habitas monui.

„ Hinc intelligere est pronum, cur Tossinianensis peculiari, „ ac secreto in Capite operis sui mensuras profunditatis sepul-„ cri, sibi suppeditatas, tradiderit, ac quare in profundita-„ te tam exigua significanda formulam *ut dicunt* orationi suæ „ interposuerit. Qui æstus, quæ caligo invadere mentem „ miselli scriptoris debuit, qui probatis ex fontibus mensuras „ illas hausisset, nec supprimendas sibi putaret, attamen per „ eas *tertiam Ecclesiam*, et in illa stans Francisci corpus vide-„ ret everti! Sed sua ille anxietate laboret, ac iactetur flucti-„ bus, quibus se fabulas sectatus obiecit. Testimonium Tossi-„ nianensis de mensuris sepulchri D. Francisci ab æquis æsti-„ matoribus pro causa nostra pluris fiet, quod a scriptore depro-„ mitur, nobis non una sententia adverso, quique mensuras „ eiusmodi tradens non minimum opinionibus suis incom-„ modum afferebat. „

(*a*) „ Quid vetat, quominus Adversarius credat, Heliam „ supposuisse saxum capiti D. Francisci, siquidem, *dum vi*-„ *veret*, *ad lapides*, *aut ad arborum truncos acclinare caput* „ *solebat*? Expecta causam gravem, quæ id credi interdicat. „ En panditur. *Voluisse Eliam eodem modo in sacras illius* „ *reliquias quodammodo SÆVIRE etc. nullimode*, *ut credam*

59. Ad cetera vero quod attinet præmonendum censeo, longe antequam testes spectatum admitterentur, invaluisse fa-

---

„ *inducar*. Sæviunt ergo in suorum cadavera vel mares, vel fæ„ minæ Franciscales, quæ illorum cervici aut tegulam, aut „ laterem hodieque supponunt, nec alium funebrem ritum „ constantius ab Ordinis primordio retinuerunt. Hunc vero „ morem ductum unde arbitreris? Perspicuum est, a D. Fran„ cisco fluxisse, qui vivens tam duro fulcro caput suum su„ stentabat, nec vita functus pulvinar lautius, ac mollius „ obtinuit.

„ Sed animum non despondet Adversarius; quin argumen„ to nostro pugnacius, obstinatiusque obluctatur, animadver„ tens, saxum non sub capite, sed prope caput cadaveris „ repertum. Mira res scilicet. Post annos ferme sexcentos ab „ excessu Francisci cadaver eius corruptione vitiatum, ac ve„ tustate fatiscens occurrit. In fatiscente cadavere, sitoque in „ Umbrorum regione, crebro terræ motu tentata, ac paucis „ hinc annis prope subversa, omnia positum suum tam ac„ curate servare debebant, ut ne paullulum quidem a saxo „ caput recederet? Insuper, nonne saxum rude, ac multan„ gulum aliquo transcurrere tunc saltem debuit, quum nu„ per quasi ballistis, et catapultis sepulcrum impetitum est; „ quum fracti malleis, ac scalpris bini lapides transversi, ac „ superiores sunt, quum illum ipsum lapidem, qui arcæ erat „ pro operculo, perforare opus fuit, eique annulos, annu„ lis vero vectes inserere? (Confer *Summ. Demonstrat. num.* „ 4, 5, *et* 6.)

„ Hoc vero præter expectationem accidit, adversarium in„ tima meorum consiliorum noscere, ac videre, a me *lapi„ dis istius mentionem iniectam, potius ut non obstet, quam „ ut causæ meæ opem ferat*. In quo illum sua scrutandorum „ animorum scientia fefellit. Quia enim cadaveri Asisinati „ cum tanta honoris significatione consepulto, et donariis pre„ tiosis circumdato, nisi Francisci fuisset, supponendum fuit „ margaritis baccatum pulvinar, aut saltem auro, serumve „ filo interpunctum; Francisco autem cur saxum subiicere„ tur, probanda causa se prodit; non illinc ego, ut cada„ ver illud Francisco tribuatur, minimum mihi adiumenti „ polliceor. „

mam in Umbria inventas esse Francisci Reliquias. Jam vero hæc præconcepta spectantium opinio effecit, ut quidquid per clathrorum angustissima foramina testes ipsi aspicerent in Arca, res esse putarent, quæ Francisci aut indumentis, aut suppellectili convenirent. Fit enim sæpe; ut oculorum obtutus per foramen immisus, quum dubia præsertim luce objecta vix collustrantur, præconceptis animi votis quasi mentiendo accommodetur. Hinc eos audias inspexisse *una corona vicino a' piedi*. Ipsorum unus sibi visus est observasse *un cordone conoscendosene la cappia*. Alter se vidisse putavit *le mani incrocicchiate sopra del petto*. Tum denique conspexisse *nell' urna le vestigia di un grosso intessuto di lana, rimostrante un vestiario umile, e religioso*. Profecto si antequam quidquam de Francisco suspicati fuissent, arcam inspexissent, futurum fuisse crediderim, ut eos hæc omnia laterent. Ne quis vero putet, versute potius, quam solide nos ista comminisci, ad rerum gestarum seriem, quæ liberam sepulcri inspectionem consecutæ sunt, appellamus. Quum enim clathris amotis, et operculo, objecta quævis sine impedimento conspicere cuique licuit; neque *nodus*, neque *cinctorius funis* visus est amplius. Brachia quoque, quæ dicta fuerant ante pectus crucem referre, visa sunt penitus dissoluta. Quod dixerant *una corona vicino a' piedi*, nonnisi globulos et ligneos, et succinos esse inventum est. Insuper peritos ipsos audiamus (Summar. pag. 53. litt. S.): *Quel che a noi senza toccarlo sembrò uno spillo, ora nel toccarlo conosciamo aver preso un' equivoco, giacchè non è altrimenti uno spillo, ma sebbene una pagliucca esistente nell' urna*. Tum ne se in omnibus omnino hallucinatos fateri cogerentur, culpatus est aer, quem omnia, quæ vidisse putabat, dissolvisse, ac pessumdedisse dixerunt (*a*).

(*a*) „ Oculatos testes inducimus rerum earum, quæ cum „ cadavere sacro repertæ sunt, quæque nexum habent cum eo „ cultu corporis, quo utebatur Franciscus. Signis omni luce „ clarioribus non movetur adversarius; quæque oculati testes „ sibi usurpata oculis cum religione iuramenti affirmant, refert ad mera phantasmata, ab interno motu spirituum re- „ præsentata illorum animæ; quin a veris externis obiectis, aut „ saltem ea ratione se habentibus, ut habere se visa sunt, „ exteriora eorum organa fuerint impulsa. Interturbavit au-

60. Quoad lanea vero fragmenta adeo futilia sunt, et implexa quæ a testibus enarrantur, ut levitate sua iis minime cedant quæ hactenus ventilavimus. Quamquam etsi vera, at-

---

„ tem in eorum cerebro spiritus (ita vult Adversarius creda-
„ mus) eosque propemodum ad insaniam adegit præiudicata
„ opinio de invento D. Francisci corpore, quæ totam Umbriam
„ pervaserat. Metui, ne disputationem hanc ingressus V. C.
„ qui contra nos scribit, quique *psychologiam*, ac *doctrinam*
„ *sensuum externorum* diutissime, ac magna cum laude iu-
„ nioribus philosophis exposuit, totum in me *Malebranchium*,
„ ac *Boeraavium* effunderet, ut exemplis etiam perspicuum
„ faceret, ex inordinato spirituum ad animæ domicilium ap-
„ pellentium motu quanta erroris seges existat. Verendum
„ haud minus fuit, ne vir in physicis quoque acutissimus
„ multa de *axe*, de *pyramide*, de *pennicillo opticis*, deque
„ *refractis*, *ac reflexis radiis* hic interponeret. Sed consultis-
„ sime fecit, qui non suas in his vires iactavit, quum iuris-
„ prudentia minime patiatur probis, sanæ mentis, atque ocu-
„ latis testibus derogari fidem per physicas, metaphysicasque
„ contemplationes, nolitque eorum auctoritatem iacere, quod
„ is qui vidit, seque vidisse arbitratur, opinionis, lucis, ocu-
„ li vitio, in errorem possit impingere. Scitu hæc digna sunt,
„ et cum iucunditate a iurisconsultis etiam audiuntur. Mo-
„ rem tamen suum retinent, ut nullum genus probationis du-
„ cant (quæ enim erit, si ista non est, veri assequendi via?)
„ oculata testificatione ponderosius.

„ At testes nostros ideo arbitratur Adversarius erroris pos-
„ se revinci, quod sibi visam affirmarint *una corona vicino ai*
„ *piedi*, quæ deinde nihil aliud esse deprehensa est, nisi quæ-
„ dam globulorum ex ebeno, atque electro ad monilia series;
„ quodque obvium sibi fuisse dixerint *uno spillo*, quum dein-
„ ceps iidem testes professi sint: *Non è altrimenti uno spillo*,
„ *ma una pagliuca esistente nell' urna*. Sed, quoad primum
„ errorem testibus nostris obiectum, pandat Adversarius, quid
„ inter *coronam*, seu sphærulas precatorias, ac perforatos mo-
„ nilium globos intersit? Nonne et *sacrarum coronarum*, et
„ monilium globuli perforati? Nonne utrique ex ebeno sæpe,
„ electroque constantes? In coniiciendo igitur de globulorum
„ usu, quod a ratione pendet, testes errarunt, non autem

que perspecta, quæ de vestis humilitate dicuntur, essent omnia, expendenti patebit, *tantum Adversariornm causæ favere, quantum nostræ non obsunt*. Recole quoque ea omnia, quæ supe-

---

„ imago eorum menti appicta est, quam res extrinsecæ, perforati nempe globuli in arca iacentes, non appinxissent.

„ Nec minus iniuria ob errorem in palea admissum, (si „ queat admissum dici) detrahere Adversarius vim nititur „ *Vermigliolii*, ac *Frondinii*, Peritorum Antiquitatis, omnique „ affluentium laude Virorum gravissimo testimonio. Illi qui„ dem iussi sunt primum ea recensere, quæ cum sacro cor„ pore concluderentur arca, quin sinerent Episcopi extrahi „ ex ea quidquam, et claro lumini obverti. Viri æque pru„ dentes, ac docti, et conditione non bona utentes, respon„ dent *Summar. Demonstrat. num. 7. Litt. L. in fin. All' estre*„ *mità della cassa, e dopo i piedi esiste un anello, che SEM*„ *BRA di metallo; vicino a detto anello SEMBRA ESSER*„ *VI un frammento di metallo con patina verde, e vicino ad* „ *esso COME UNO SPILLO RILUCENTE etc.* Audisne? „ *Sembra esservi come uno spillo rilucente*. Non ergo rem „ certo iudicio definiunt: sique deinceps, quum liberum ipsis „ fuit educere, ac versare quæ condebantur arca, *non è al*„ *trimenti*, aiunt, *uno spillo, ma sibbene una pagliuca*; pro„ fecto nec suum erratum emendant, nec revocant se, quum „ priori die nihil constituerint, et in sententia certa non steterint.

„ Non autem ut testium, Peritorumque Virorum erro„ res obruamus, sed ut, quod factum, vulgemus, *aerem* de „ pessumdato cadavere, vestibusque Francisci *culpamus*. Atta„ men amictus frusta quædam et existere, et *Vermigliolio*, „ *Frondinio*, *Canalio* inspicienda patuisse, ex *actis Quinque* „ *Episcoporum* in comperto est. (Recole *Demonstrat. pag.* 55.) „ Grana vero ebeni electrique, annulum, nummos in arca „ Asisinati repertos, quæ omnia contra aeris, temporisque iniu„ rias sese tuentur, ab Assisio Romam arcessivimus, licuit„ que pluribus contemplari. Quod si cadaveribus, ac vesti„ bus non minorem soliditatem vult Adversarius, quam me„ tallis, gemmis, ebenoque post lapsum temporis tam diu„ turni manere, in Dei consilia, quod non licet, inquirit, „ qui quædam magis fluxa, ac caduca, quædam magis firmo, „ solidoque textu corpora excudit.

rius (num. 43., et seqq.) dicta a nobis fuere. En quo tandem recidat argumentum illud, in quo spem tantam Adversarii collocarant! (*a*)

De S. Josephi Cupertinatis Testimonio.

61. Josepho, dum adhuc inter vivos ageret, ad Altare Basilicæ Sanctissimum Parentem alloquenti, atque simplicitate sibi propria sciscitanti, cur ipse paupertatis amantissimus tot argenteis lampadibus, pretiosisque suppellectibus esset circumseptus, per quamdam mentis illustrationem Franciscus eidem respondens significavit, ea omnia Christum Jesum in Eucharistia inibi latitantem spectare: *Che del rimanente lui se ne stava sotto terra all' oscuro e senza alcun fasto*. Ex quibus deduci posse, immo et debere, putat Demonstrationis Auctor, vel ipsum Franciscum Filium suum Josephum docentem asserere, se sub Ara maxima latitare. *In hoc sane orationis contextus (ait ipse n. 70.) ALTARE, ac SOTTO TERRA se se vicissim spectant; ac SUBTERRANEUS LOCUS est SUBTERRANEUS INFRA ARAM LOCUS. Nam si D. Francisci Reliquiæ fuissent in loco ab Ara majori remoto, idipsum non erat reticendum, statimque violatæ Pauper-*

(*a*) „ Postulat Adversarius revertamur ad ea, quæ scripsit „ §. 43., *et seqq.* ut inde discamus, vestis humilitatem, quæ „ sacrum sceleton obvolvebat, *tantum causæ nostræ favere*, „ *quantum suæ causæ non obest*. Regressus sum, quo me revocavit. Inveni Adversarium ibi ingenium suum, tempusque conterere, ut ostendat, Asisinates reliquias (quod „ non sine animi dolore iam legeram) pagani cadaveris partes esse superstites. Atqui id maxime adversum est neglectui, atque asperitati, vestis, qua Asisinates reliquiæ circumdatæ. Nam ex honesto tot adiunctorum comitatu cadaver, sub ara Asisinati consepultum, non est profecto plebeium. At virorum eximiorum cadavera in veste splendidissima apud paganos efferebantur; de quo si doceri se aliquis non sine delectatione cupiat, adeat *Kirchman. de funer. lib.* 1. *c.* 7. *Meurs.* item *de funer. c.* 1. *Pitisc. in Lex. V Cadaver*, ac de Romanis, Græcisque ritibus quotquot verba fecerunt „.

tatis D. Francisci evanuisset objectio. Ast num adeo nitide ex eo Francisci responso sensus ille depromatur, lectorum esto judicium. Certum erat, et exploratum Josepho quod exploratum, certumque habet Demonstrationis Auctor, lampades ibi perpetuo lucentes, una cum SS. Eucaristiæ Sacramento, Francisci quoque, ex Fratrum voto, ac sententia obsequium spectare. Immo quæ infra solum demittebantur, Francisci dumtaxat respiciebant honorem. Jam finge quæso (quod nos esse putamus) Francisci Corpus alio in loco ab Ara majori remoto consistere: nonne vel ex hoc ipso, *che lui se ne stava sotto terra all'oscuro*, obiectio Josephi evanescebat? Sed ais: *In hoc orationis contextu ALTALRE, ac SOTTO TERRA se invicem spectant; ac SUBTERRANEUS LOCUS est SUBTERRANEUS INFRA ARAM LOCUS*. Dicis: id vero minime probas. Francisco enim minime intererat peculiarem sui sepulcri locum Josepho pandere, sed objectionem violatæ a se Paupertatis retundere. Retudit autem ex quo dixerit, *che lui se ne stava sotto terra all' oscuro*: quin necesse fuerit, locum peculiarem significare, in quo perstaret. (*a*)

(*a*) „ Ad ea, de quibus minus laboramus, devenit oratio. „ In causa enim, in qua verum ratiocinatione dispicitur, „ monumentisque aperitur, ad divina confugere non est ne„ cesse. Attamen quia huiusmodi etiam adiumenta sese obtu„ lere, non ego illa, quod superbum fuisset, impiumque, „ præterii. Equidem arbitratus sum (*Demonstrat. pag.* 82.) „ in eo orationis contextu, quem habent *Acta D. Iosephi* „ *Cupertinatis pag.* 95, respondere sibi *altare maius Basilicæ*, „ de quo ornamentis pretiosis referto cogitabat Iosephus, et „ *subterraneum locum*, nudum ab ornamentis, ac luminari„ bus, in quo se manere Franciscus aiebat. Minime tamen, „ Adversarii iudicio, hæc se spectant vicissim, nullumque in „ his commune vinculum. Quid dicam? Enimvero facilius „ est in his partium nexum videre, quam demonstrare; quod „ accidit in rebus intellectui maxime perviis. Simile quid de „ *Berosi* libris, ab *Annio Viterbiensi* editis, ac certe supposi„ titiis, sagacissimus in vero pervidendo *Canus* affirmat *de* „ *Loc. theol. lib.* 11. c. 6. Eius hæc verba: *Facilius dico esse*, „ *Berosum istum Annianum contemnere, quam refellere*,

62. Immo si res accuratius inspiciatur, nonne *conficiemus*; *ex Francisci responso apertissime colligi*, *se sub Ara illa non latitare*. Et sane Josephi ætate fulgebant nec ne sub Ara maxima ad Francisci honorem lucernæ? Puto non denegabis: id enim illius alloquium respiciebat. Itaque dum Franciscus asseruit, lampades illas Sanctissimum Eucaristiæ Sacramentum, minime vero seipsum spectare, aut mentitus est; quod blasphemum erit asserere: aut si dictis suis veritatem æquabat, ideo dumtaxat jure dicere potuit, *che quegli ornamenti non erano per lui*, *ma per il Santissimo Sagramento*, *che risiedeva nel suo Altare*, quia ipse minime sub Altari, sed alibi *se ne stava sotto terra all' oscuro*, *e senza alcun fasto*. Quæ mihi adeo nitida, et peremptoria esse videntur, ut satis mirari nequeam contra nos contorqueri. (a)

„ *Nam viris doctis ipsa libelli lectio satis magna persuasio* „ *est*.

„ Insuper ita nos urget Adversarius: ***Francisco** minime* „ *intererat peculiarem sui sepulcri locum Iosepho pandere*, *sed* „ *obiectionem violatæ a se paupertatis retundere*. Assentior ultro. „ Sed numquid non aliqua *tacite* traduntur interdum, dum „ alio orationis cursus intenditur, et alia plane *expresse* nar- „ rantur? Si meam causam ageret Adversarius, vir in ducen- „ dis argumentis e Divinis Libris assiduus, acervum rerum, „ ac doctrinarum posset afferre, quæ non expresso in iis li- „ bris sermone tradautur, sed tamen ita cum expositis im- „ plicita sint, et cohærentia, ut nequeant esse in ambiguo. „ Quare quum plurima exempla huiusmodi ipse ob oculos ha- „ beat, et eis possit unumquemque onerare, nulla ego hic „ colligam, ne noctuas afferre Athenas, aut ligua comporta- „ re in sylvam videar „.

(a) „ Quum aiebat Franciscus, *che quegli ornamenti non* „ *erano per lui*, *ma per il Santissimo Sagramento etc. che* „ *del rimanente lui se ne stava sotto terra all'oscuro*, *e senza* „ *alcun fasto*, rem meram, veramque loquebatur, quamvis „ eo tempore alerentur lucernæ in eo sub ara foramine, ubi „ nunc quoque dependent. *Physico* enim *sensu* loquebatur „ Franciscus; quia nimirum fulgor nullus pendulis e lychnis „ ad sepulcrum suum permeabat. Quomodo enim lux illuc „ perveniret, intercedente intra foramen illud, sane parvæ

63. Sed validius prima fronte videtur quod in Demonstrationis num. 71. ex ejusdem Josephi Cupertinatis historia desumitur. Dum enim ipse a malo Dæmone vexaretur ante Aram majorem, Deum, atque Franciscum deprecans pro auxilio, *Vidde, che il P. S. Francesco usciva dalla bocca della tomba, che sta sotto la pradella dell' Altare, dove sogliono stare accese le tre lampade, etc.* Ex quibus evidentia maxima colligi posse putant, D. Francisci Reliquias latere in loco hypogaeo, ac respondente foramini, qnod patet in gradu Altaris. Quod mihi ad trntinam serio revocanti, homines audire videor, qui asserant, ibi esse Sanctorum Reliquias, ubi se Cœlites orantinm oculis exhibent contemplandos. Id autem ne perperam a me putes illatum animadvertas quæso. Inter lampades, quæ a Dæmone ad terrorem incutiendnm Josepho fuerant extinctæ (legitur enim *furono smorzate tutte*), veniunt

---

„ profunditatis, et sepulcrum D. Francisci congerie quadam „ cæmentorum magna, de qua scripsimus *Demonstrat. pag.* 41. „ *prop. IV*, atque insuper intercedentibus geminis e saxo tabulis, de quibus *ibid. pag. seq. prop. V* disserui? Non autem „ *morali* in *sensu*, spectato scilicet eorum studio qui, ad honestandum Francisci spolium, alimoniam lychnis ibi affixis suppeditabant, Adversarius contendet accipienda esse „ verba Francisci, siquidem Adversario studium est sibi cohærere. Etenim *morali* in *sensu*, perpensoque eorum studio, „ qui ibi luminaria excitabant, colebatur Franciscus luminaribus illis, etiamsi eius exuvias complecteretur Basilica, sed in angulo ignoto, nec aræ maximæ respondente; „ quæ sententia est Adversarii, qui inventum sub ara cadaver „ inficiatur esse Francisci, et tamen scribit in *prop. VI circa* „ *finem*: *Cum et nos infra Basilicæ ambitum Francisci exuvias consistere dicamus*. Reliquum est igitur, ut ipse nobiscum Francisci verba *physicum* flectat ad *sensum*, non „ permeantis scilicet lucernarum luminis ad obstructum eo „ tempore Francisci sepulcrum. Sensum hunc minime propagatæ ad eius tumulum lucis si tribuat Adversarius verbis „ Francisci (non autem alium licet imponere) sentiet, quanto errore implicetur, quum scribit, *ex Francisci* (ad Iosephum Cupertinatem) *responso apertissime colligi*, *se* (lege *eum*) *sub ara illa non latitare* „.

illæ quoque tres enumerandæ, quæ lucebant *nella bocca della tomba, che sta sotto la pradella dell' Altare*. Eo loci Joseph oraturus accesserat; ibi a Dæmone vexabatur: ibi eflagitabat opem. Miraberis ne inibi apparuisse Franciscum, ut lampadarum flammas excitaret, etiam si Corpus ipsius alibi requiescat? An impossibile, an a Francisci caritate alienum dices, siquidem corpus ejus alibi lateat, eo accurrere, ut Filium suum dilectissimum Dæmonis vexatione liberaret? Sed teneo jam quid Adversarii velint. Exoptant ipsi, velle debuisse Franciscum non tam Josepho opem ferre, quam illi edicere, ubinam Sacræ Exuviæ conditæ fuerint. At Franciscus hoc siluit omnino. Immo, ne cui suboriretur suspicio, id quodque a se volitum, aut præstitum fuisse, lampadibus accensis, non immisit se *nella bocca della tomba*, sed protinus a Josephi oculis *evanuit*. Id enim expresse per testes habetur, qui asserunt: *Dopo di che sparì il P. S. Francesco, e la tentazione*. (a)

(a) „ Quum se cælites sancti spectandos hominibus præ„ bent, unde, quaque via advenerint, plerumque non per„ sentiscis. Existunt; coram sunt; verumtamen ea ratione, „ qua, si licet hoc gravi nostræ disputationi inserere, polli„ cebatur ethnicus poeta, (*Tibull. lib.* I. *eleg.* 3.) se post „ mortem obitam *Deliæ* adstiturum:

„ *Tunc veniam subito, nec quisquam nuntiet ante:*
„ *Sed videar cælo missus adesse tibi*.

„ Cur non hac ratione sese res habuit, quum Iosepho Fran„ ciscus adstitit? Adesse poterat, opemque ferre adducto in „ discrimen filio, quin nobis erroris præberetur occasio. Nam „ quum audiamus, *che il Padre San Francesco usciva dalla* „ *bocca della tomba che sta sotto della pradella dell'altare*, „ *dove sogliono stare accese le tre lampade*; quumque sciamus, „ etiamsi Iosephus preces tunc ad aram funderet, et ad aram „ luctaretur cum malo dæmone, potuisse a Francisco ope „ præsenti levari, quin egredi videretur *dalla bocca della tom*„ *ba, che sta sotto della pradella etc.*; iure optimo inferi„ mus, in loco subterraneo, subiectoque illi foramini, ex „ quo visus erumpere, Francisci exuvias condi. Si igitur hor-

64. Ceterum meminissé quoque oportet, eumdem ipsum Josephum, e cujus nomine, et sanctitate tantum caussæ suæ adversarii expetunt patrocinium, in sententia fuisse, quam nos tuemur; Francisci nempe Corpus integrum, incorruptum, in pedes erectum ætate sua constitisse: *quod mirabitur nemo, qui noverit, consuevisse adversarios unius, ejusdemque testis nunc rejicere, nunc sententiam amplecti, prout obesse sibi, aut prodesse viderint.* In eodem siquidem Beatificationis, atque Canonizationis processu fol. 563. testis juratus Dominus Bonaventura Buono secularis Sacerdos, sacræ Theologiæ Doctor, atque Cupertinensis Ecclesiæ Primicerius, hæc de Josepho habet verba: quæ (quoniam nobis processus iidem in promptu minime sunt) latine reddita a Rugilio apud Bollandianos (*Analect. p.* 4. *num.* 207.), de verbo ad verbum heic transcribimus. *Anno* 1639. . . . . *profectus sum Asisium P. Fratrem Josephum salutaturus . . . . Rogavit me, an illo biduo, quo fueram Asisii, omnia ejusdem Civitatis loca sacra visissem, ac speciatim an Ecclesiam S. Mariæ Angelorum. Respondi ad singula, addidique: Pater, cum sermo huc reciderit, verum est, quod ajunt, Cor S. Patris Francisci esse in Ecclesia S. Mariæ Angelorum? Tum vero turbatus Pater, devote reposuit: forte ne Corpus Patris S. Francisci exenteratum sit? Et nescis, illud esse integrum, et in pedes erectum sub hac Ecclesia?* Quæ si ab adversario prætermissa silentio fuere, utpote caussæ suæ adversa; ideo protuli, ut quisque noscat quidnam de Francisci Exuviis senserit Josephus: immo quidnam de peculiari loco sepulcri putaverit ille, qui non equidem infra Altare, sed generatim *sub hac Ecclesia* dixerit. (*a*)

„ ribile est de Deo cogitare, nos ab eo per prodigia decipi, „ atque insidiose captari, ut pro veris falsa arripiamus; ex „ viso, quod D. Iosephus tunc vidit, Francisci sepulcrum in- „ fra aram, illustratumque lampadibus foramen, constitue- „ mus; eo nimirum ipso in loco, ubi repertæ exuviæ sunt, „ pro quibus iam nimis diuturna declamatione lassamur „.

(*a*) „ Hic idem locus Actorum D. Iosephi nobis obiectus „ est ab altero ex Adversariis §. 42. *prior. Opusc. pag.* 72, „ *et seq.* Lector igitur, quæ ibi adnotavi, si memoria fluxe- „ rint, repetet,

CONCLUSIO

Quoniam prodigia, quæ patrata dicuntur aut ex tabulæ saxeæ, qua arca nuper inventa tegebatur, aut ex linteolorum, quæ sepulcro admota fuere, contactu, num. 74. vix commemorat Demonstrationis auctor; ita ut liceat inferre, neque ab ipso putata fuisse satis valida ad caussam fulciendam, cui patrocinatur (ipso siquidem monente in *nota* ad pag. 13., dum agitur de veritate miraculi, nisi validissimis fuleris in-

---

„ Finem dicendi non faciam, nisi prius prodidero, nihil „ mihi tam mirum videri, quam hoc loco scribi, *consuevis-„ se Adversarios unius, eiusdemque testis nunc rejicere, nunc „ sententiam amplecti, prout obesse sibi, aut prodesse vide-„ rint*. Aliis etiam locis *Dissertationis* huius *Auctor* de *Adver-„ sariis* queritur, et cum integris *Adversariorum* cohortibus „ manu conserit. Equidem non dispicio, quare cum *Adversa-„ riis*, non autem cum me *Adversario* se negotium habere arbi-„ tretur. Sive enim recte, sive perperam, sive apte, sive ine-„ pte mandata hæc chartis fuerint, haud collatis laboribus vo-„ lumen excrevit. Quod ego notum, ac testatum volui, ne, „ si apud aliquos paritura odium est disputandi ista ratio, mi-„ nime fucata, ac simplex apprime, quæ nonnullorum scri-„ ptorum maculas, defensione cogente, patefacit, flagrent alii „ mecum immerita invidia. Ultro quidem, ac libens, ut Fran-„ cisci exuviis habeatur honos, omnes omnium simultates „ subibo.

„ Quam autem non decebat nos ab Adversario inconstantiæ „ argui, et querelas illum edere, quod, dum utimur aliqui-„ bus locis Actorum D. Iosephii Cupertinatis ad statuendas „ sub Basilicæ ara maxima Francisci exuvias, sententiam non „ amplectamur, qua se Iosephus imbutum docuit, de exuviis „ iisdem corruptionis expertibus! Multis ego responsionibus „ hanc elidere sive querelam, sive accusationem queam. Pri-„ mo quidem, ut planum feci ad §. 58. *prior Opusc. pag.* „ 103, *et seq.* nemo æquitatis amicus hanc legem dixit, ut „ in quo libro aliquid probavimus, omnia probemus. Dein-„ de si plerumque adhibere delectum licet, nec mortalium ul-„ lus ei debet esse molestus, qui ex aliquo volumine haud „ deploratæ prorsus auctoritatis alia sumat, alia repudiet; sa-

nitatur, levioribus impulsibus everti potest): ideo et nos ab iis expendendis abstinebimus.

Heic itaque sistamus, plura in compendium conferentes. Quum inquiritur num ossa, et cineres sub ara maxima Asisiensis Basilicæ non ita pridem inventi, sint, nec ne germanæ S. Francisci Asisinatis Reliquiæ, adeo momentosa res inquiritur, nunquam ut tanta in caussis huic affinibus fuerit ab Apostolica Sede ad examen revocata. Agitur enim 1.° An ab ea gloriæ accidentalis possessione Sanctissimus Patriarcha Franciscus jure sit deturbandus, qua a seculis pluribus apud hominum existimationem potiebatur quoad sacrarum Exuviarum incorruptionem (n. 3.). 2.° An interdicenda sit sententia, cui vel ipsa Romana Sedes fuit jamdiu astipulata, immo etiam opitulata: quaque nunc interdicta, periculum subest, ne ipsa Apostolicæ Sedis dignitas profanorum ludibrio exponatur (n. 4., et seq.). 3.° An profliganda sit opinio, pro qua steterunt hactenus scriptores plurimi doctrina, munere, pietate insignes

---

„ ne præcipue absurdum est, ob hanc in accipiendis, repellendisque testimoniis libertatem diem dici nobis ab Adversario, qui de hoc argumento canonem edidit §. 28. *huius Opusc.* tam latum, atque licentem, ut intra quosdam temperantiæ fines cohibendum duxerimus, ne ex *Turpino* etiam illo, quem habent Itali poetæ plures fabularum fontem, eumdemque venæ perennis, liceat historiam petere. Denique iubeo quisque perpendat, quid agerem, quum *Demonstrat. pag.* 82, *et seqq.* gemina ex Actis D. Josephi deprompsi loca, et in rem meam verti. Præsidiis scilicet divinis pro causa colligendis allaborabam. Itaque priusquam Iosephi acta evolvenda suspicerem, *Videamus* (scripsi *cit. pag.* 82.) *num, quo loco sit D. Francisci corpus, nobis de cælo monstretur*. At tertius ille, quem nobis Adversarius obtrudit, Actorum Iosephi locus non habet pro incorruptione corporis D. Francisci aliquid ostenti divini, ut animadvertunt *Bollandiani* in *cit. mea Adnot. ad* §. 42. *prior. Opusc. pag.* 72, *et seq.*

„ Abest igitur a nobis nota inconstantiæ. In quo quidem „ si peccaremus (quamquam haud profecto peccamus) sed „ tamen si eo vitio laboraremus, possemus iure contendere, „ ut Adversarius qui, ut sæpe illi exprobavimus, a sententiis,

(n. 9., et 64.); quam asseruere oculati testes non pauci, qui Francisci Corpus integrum, incorruptum, erectum, stigmatibus adhuc insignitum se conspexisse, aut ab aliis visum fuisse affirmarunt (n. 10., et seq.); quæque constanti Populorum, ac præsertim Asisiensem Basilicam incolentium traditione fulcitur: adeout si in tanti momenti re traditionem mentitam fuisse definiatur, vel in millibus aliis caussis argumenta ex ea petita nutent, atque flaccescant oportet (n. 12.). An, inquam, opinio hujusmodi rejicienda sit, quæ talibus innititur probationibus ex illo triplici fonte derivatis, ut eas infirmare minime valeant momenta, aut ex priorum Biographorum silentio (n. 14., et seqq.), aut ex nonnullis testium eorumdem contradictionibus (n. 28., et seqq.), aut ex jactata nimis recenti traditionis origine (n. 32., et seqq.), petita. Caussæ itaque istius conditio, et gravitas exigit, ne Judices sapientissimi iis hallucinari patiantur, quæ num. 57. congerit Demonstrationis auctor: neque sententiam dicant, nisi 1.° argumenta universa, vel potiora saltem, quæ pro Franciscani Corporis pugnant incorruptione, antea penitus elidantur: 2.° nisi nova hæc sententia Francisci gloriam deprimens talibus, ac tantis momentis innixam viderint, quæ *maximam* pariant *evidentiam moralem*. Atqui si argumenta ab Adversariis congesta ad ostendendum, Exuvias nuper inventas Reliquias esse Francisci, expendamus, adeo exilia esse comperiemus, ut ne hilum quidem profecisse fatendum sit. Etenim eorum nonnulla ipsorum caussæ obesse potius, quam prodesse, superius demonstravimus (recole quartam, et quintam Propositionem a nobis statutam). Alia, quæ tum ex lucernarum usu, tum ex duplici Xysti V diplomate ad traditionem stabiliendam desumuntur, vix ad seculi XVI finem assurgunt: atque usum illum, Xystique opinionem aliunde, quam ex traditione originem traxisse probavimus (n. 48. ad 50.): si quæ vero ab iis testimonia citantur, quæ Xysti ætatem prævertant; ea aut ab antiquiorum narratione falsitatis revincuntur; cujusmodi est

---

„ antea probatis, crebro transfugit, in aliasque devolavit, de eo nos
„ crimine minime postulet. Immo *non modo accusator*, (quod
„ habet *Cicero in Verr. Act. IV. n.*) *sed ne obiurgator qui-*
„ *dem ferendus est is, qui, quod in altero vitium reprehendit,*
„ *in eo ipse deprehenditur*.

sententia *de arca saxea*, quæ S.Joanni a Capistrano perperam tribuitur (n.52., et seqq.): aut conjecturam potius potius, quam antiquorum opinionem ex traditione enatam argnunt; quod de Rodulphii Tossinianensis verbis demonstravimus (n. 55., et seqq). Nec illud prætereundum, adversarios nempe ab ipsorum sæpe ambiguis verbis opem petere, qui conceptissimis verbis Franciscani Corporis incorruptionem tuentur: quales et Tossinianensem, de quo nuper; et S. Josephum a Cupertino esse docuimus (n. 61., et seqq.). Alia demum nutant adeo, ut vera ne, an falsa sint, quæ præsertim de inventis in arca dicuntur, ab ipsa testium depositione colligere minime possis (n. 58., et seqq.). Nihilominus hæc omnia tanta jactantia afferuntur, quasi summam moralem evidentiam pariant. Ex quibus omnibus hoc unum concludendum superest, nempe nedum *minime constare* de Sacri Corporis identitate, sed constare potius oppositum. (*a*)

Fr. Joannes a Capistrano
Procurator Generalis Reformatorum.

(*a*) „ Conclusionem prolixam, et operosam! Sed *consequentiarum fabris* (sic enim eos *Wolfius* appellat, qui conclusiones haud recte positis e principiis ducunt) non alia „ ratione est occurrendum, quam accurato in ea, quæ prius „ constituerunt, intuitu. Id præstitimus, deprehendimusque, „ superiora esse vitiosa, ac manca. Non igitur mihi laborandum est, quam alta *consequentiarum* strues hic ab Adversario attollatur. Contra quem ego duras has refellendi „ partes nollem debuisse suscipere. Verumtamen non ego illum mihi, sed ille me sibi Adversarium legit, coegitque, pro „ causæ, meique tutamine, ei durioribus aliquando verbis occurrere. Per quæ equidem volo, nihil ex ea integritatis, ac „ doctrinæ fama, qua viget meritus, floretque, decedat „.

OPUSCULUM III.

BEATISSIME PATER

Arduum multum, multumque laboriosum fuit mihi demandatum onus in valetudine non adhuc confirmata Supremo jussu Sanctitatis Vestræ, revisendi nempe perbelle opus, quod titulo condecoratur specioso *Sacra Congregatione particulari a SSmo indicta etc. Asisinas inventi Corporis Divi Francisci Conditoris Ordinis Minorum Positio.*

Reverenter, animique devotione obsequentissima Suprema Mandata Beatitudinis Vestræ mihi commissa accepi, obtemperando potius ut addictissimus Filius S. Apostolicæ Romanæ Sedis, quam controversias agitando de nuperis repertis sacris cineribus, quæ dicuntur Sanctissimi Patriarchæ esse Francisci.

Meus exiguus fonticulus perarescit coram amne tam copioso, affluentoque. Quis aliquid addere, vel demere audebit? Rationes adductas a collectore auctoritatum desumptarum ex inconcussa historia, et ex cordatis scriptoribus, qui de Sarcophago S. Patris Francisci, ejusque sacris exuviis pertractant, claras esse, et perlucidas: argumenta vero allata in supradicti progressu operis videntur nihil aberrare a recto tramite, et via.

Quis enim ambingere poterit, aut manum movere contra evidentiæ auctoritatem et facti? cum Sacrum Divi Francisci Corpus asportatum fuit ab Ecclesia S. Georgii ad Basilicam ipsi SSmo dicatam Patriarchæ Minorum. Nihilo secius spretui non erit enunciatio, quam tota animi vi evulgabo postquam auctoritates deferam, et priusquam finem imponam hujus brevis lucubrationis.

Veritas, de qua agitur, de translatione nempe sacri Corporis D. Francisci post ejus obitum ab una Ecclesia ad aliam non indiget testimonio; luce clarior est. Nam Assisinates ferme omnes, aliique finitimi populi, sollicito, hilarique conatu ad Ecclesiam accesserunt D. Georgii statim ac ad eorum pervenit aures beata herois mors, et translatio. Sic enim habet in vita D. Francisci lib. 2. cap. 4. sermonem faciendo de pri-

ma, et sic deinceps Thomas Celanensis eadem vivens tempestate: *Catervatim tota Civitas Assisii ruit, et omnis accelerat regio videre magnalia Dei, quæ in Servo Sancto suo ostenderat Dominus Maestatis.* Idem testantur illustriores Viri eximiæ Sanctitatis, quos inter supereminet Seraphicus Doctor, cui nullo modo fidem quis derogare audeat: huic accedunt clarissimi Bollandiani in Comm. Præv.

En igitur sacræ D. Francisci exuviæ translatæ, et conditæ in Basilica Assisin., ibique clausæ sunt jussu, studioque Gregorii IX. Pontificis Maximi. Maxima dehinc diligentia, et zelotypia summa reconditæ a Fratre Elia Moderatore Ordinis Minorum fuere ob periculum eas furandi devotionis gratia, ut clare colligitur ex auctore Chronic. Fratrum Minorum. *Ductus* (Fr. Elias) *humano timore occulte etc.* (idest quasi occulte, ut cupiebat, ad evertendum quodcumque periculum; frustra tamen, quia undequaque conveniebat devota multitudo) Majoris sunt roboris præclara verba Pauli V felicis recordationis, qui eodem momento temporis, quo pænam excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrendæ iis omnibus infligit, qui ausu temerario vellent perquirere Sacrum Corpus Sanctissimi Patriarchæ in Ecclesia PP. Minorum Conventualium Civitatis Assisii, aperte loquitur ibidem requiescere gloriosum Heroem D. Franciscum.

Quid igitur repere genibus oportet, quum sub oculis præfulgent lucentæ attestationes? Etsi anceps tamen, et perplexus usque adhuc esset aliquis, et ambigit de aperta hac veritate de translatione scilicet Sacri Corporis gloriosissimi Patriarchæ Francisci e Templo D. Georgii ad Basilicam ejus honori dicatam, alia propemodum innumera erunt testimonia tum Romanorum Pontificum, cum clarissimorum Virorum. Constans etiam traditio non imparem præbet vim eidem veritati. Ex tot capitibus evincitur non obscure Venerabile D. Francisci Corpus nedum in Basilica, sed et etiam sub Ara Majori ipsius Basilicæ requiescere.

En exurgit inter omnes, quamvis primus non sit, immortalis memoriæ, felicisque recordationis Xistus V pientissimus filius ejusdem Sanctissimi Parentis, et sic effatur in diplomate edito anno Domini 1585. et 1586. *Ex supernæ dispositionis arbitrio Gregi Dominico præsidentes etc. Cujus Corpus* ait (idest D. Francisci) *sub Altari Majori Ecclesiæ domus Fratrum Minorum Conventualium nuncupatorum Assisiat. quæ ini-*

bi insignis, maximeque celebris, et diversis privilegiis decorata existit, requiescit. Eadem leguntur verba in diplomate altero, quo illius dictis fides accrescit; nimirum sub ea loci parte, quæ Altare Majus nuncupatur, sanctum requiescere illius Corpus.

Totum hoc videtur satisfecisse parum amplæ facultati, mentique tanti Pontificis; dimensionem loci, ubi collocatum dicitur sacrum Corpus, adamussim describit; dimensio hæc aut parum differt, aut nihil a Sarcophago, ubi nuper inventæ, ut asseritur, venerabiles D. Francisci exuviæ.

Idem habetur in Bulla Gregorii IX qui omni elaboravit studio ut construeretur Basilica ad recipiendum in sinu suo S. Francisci Corpus, sic enim ait. *Dignum providimus, et conveniens, ut pro ipsius Patris reverentia speciali ædificetur Ecclesia, in qua ejus Corpus debet conservari.* In multis aliis diplomatibus finem non facit asserere in eadem Ecclesia recondi SSmi Patriarchæ Corpus; ut videre est in Bullario Franciscano.

Nil distat a suo Prædecessore Gregorio IX Innocentius IV Pontifex Maximus, qui gratiosum edixit Indultum Basilicæ Assisinat. ut possint Christifideles sanctam acquirere Indulgentiam in die solemni ejusdem Sancti, aut in sequentibus quindecim diebus, ut Ecclesia, quæ, in Beati Francisci, cujus in ea, gloriosum Corpus requiescit, congruis honoribus frequentetur.

Beati autem Socii, virtutumque hæredes Sanctissimi Parentis apprime consonant præfatis testimoniis Summorum Pontificum, et unanimiter ajunt S.Patriarcham summe dilectum adhuc Viatorem a Gregorio IX, qui postea construere curavit Ecclesiam in ejus honorem; ubi tandem honorifice translatum, ibique sepultum fuit sacrum D. Francisci Corpus. Et Seraphicus Doctor gestorum Scriptor sui amatissimi Parentis, qui eum vitæ restituit jam jam moriturum cum parvulus adhuc esset, testatur, quod sacrum D. Francisci Corpus translatum fuit, conditumque in memorata Basilica. Missa facio alia argumenta, quæ ab ipso Doctore exhibentur.

Tandem ex pia populorum devotione colligitur, selectus locus, qui tam venerabile thesaurum recipit, ipsa esse Basilica, sub cujus Majori Ara sua promit vota, lacrymis solvit, precibusque semper. Ipsi enim a Patribus acceperunt suis sanctam hanc traditionem, qua certum habent eo in loco re-

quiescere D. Franciscum Assisinatem, Institutorem Ordinis Minorum.

Insuper pia illa, perennisque devotio, qua in obsequium SSmi Parentis Filii demittunt ex quodam foramine existente sub Ara Majori pensiles lucernas die, noctuque ardentes, nihil sane demostrant quam certum, fixumque locum, ubi conditæ sunt sacræ exuviæ, de quibus loquitur. Neque dici potest ibi immitti lampades aut in obsequium erga SS. Eucharistiæ Sacramentum, aut pro devotione alterius Sancti: uterque enim locum non habet in presenti: cavus enim, seu foramen ubi lychni demittantur valde semotum, et nullam habet relationem cum allatis objectis. Alia referre piget argumenta in re satis, superque probata, de qua ferme non est ambigendum.

Hinc Pater sic sentio in re tanti momenti. Sed proh dolor! Quot futiles, et sermones noxii conficiendi sunt super Sanctissimi Patriarchæ nupera inventione, nedum a Catholicis, sed, quod pejus est, ab Hæreticis infensissimis hostibus, et retectis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, sacrorumque cinerum Virorum præstantissimæ Sanctitatis, ob quam suo declaravit Altissimo Judicio eos inter Cælites frui, et ob quam sacras exuvias ipsorum Christifideles venerantur reverenter!

Primi enim merito conqueri possunt quod in errorem ducti sunt in illa pia fide a suis concredita Patribus de vivido, stante, ac sacris stigmatibus cruorem manantibus Corpore D. Francisci Asisinatis. Quis ab illorum rudi ingenio auferre poterit quod post plurima elapsa Sæcula, in quibus fidenter crediderunt magnalia Dei in Servo suo Francisco expressa, nunc vero contrarium tenere conantur de prodigiosa Corporis ipsius Sancti Patriarchæ integritate. Audacter, ac temere dicturi erunt sane; aut plena mendaciis semper fuit vulgaris Patrum traditio; aut falsa, saltem dubia nupera inventio sacrorum cinerum. Utrumque indignum! Nullus honor, nec nova gloria erit Sanctissimo Patriarchæ, aut Ordini Minorum, sed potius in derisionem ibit, et zamiam.

Hæretici vero ferali impetu maledicta pronunciabunt, et convicia. Blaterabunt enim ex altis montibus; en Romani Christifideles, seu ut ipsi aiunt, en Papistæ, ipsi contra seipsos digladiant circa veritatem Reliquiarum Sanctorum: unus contra alium acriter militat: mordaciter stridet Theologus contra Theologum: bene igitur diximus Vobis (sic effutient, et tota conclamabunt perversitatis vi conversi ad suos obcæcatos

Discipulos) satis semper prædicavimus Vobis, quod nulla adhibenda est Fides catholicis Doctoribus, qui in tenebris itinera arripiunt, et in errorem inducunt Gentes.

Enimvero videte, dicent, usque adhuc invaluit traditio inter ipsos Corpus Sancti Francisci Assisinatis Conditoris Ordinis Minorum esse incorruptum, stans, vividumque, signa deferens humanæ Redemptionis. Nunc vero OSSA sunt inventa et CINIS. Ad hæc obcæcata eorum mens, et perversitas addet falsa, et accedunt nova mendacia.

Tali pacto, omni nisu, et totis viribus clamabunt, et suos confirmabunt in errorem; mephitis obtrectationum de longinquo ventura erit, multos occupabit animos, et per Urbem, et Orbem effusura. Quamprimum enim Ephemeris ipsa ab improbis Hæreticis, et nequam hominibus edita innumeris vallata mendaciis, etsi non obruetur Fides Populorum, jactura saltem patietur, vulnus fiet, et ulcus.

Hinc Sactissimus Patriarcha ex habita inventione suorum cinerum nullum de novo acquirit honorem, venerationem nullam, nihilque obsequii; immo potius teporata evadet devotio Gentium, et etiam frigida erga D. Franciscum, quum sit in tantis fluctibus constituta veritas.

Si facultas daretur eidem Sancto ex tenebricoso illo loco suæ quietis caput movere, et linguam, amare conquereretur contra illos, qui obsequium credebant se Amatissimo præstare Parenti. Verbis moerore affectis, certe cum Propheta loqueretur Samuele, qui turbatus in dormitione sua sancta, ab illo male consulto Rege Saule, sic ei sane diceret = *quare inquietasti me, ut suscitarer?* Ecquod ex inventis sacris exuviis D. Francisci consectarium erit.

Ne igitur novi clamores exagitentur, et moveantur jurgia, optimum erit negotium si a Suprema Beatitudinis Vestræ Auctoritate Diploma emanatur, cuilibet imperando ori digitum mittere, perpetuumque imponere silentium super hac re ut evitentur lites, et ne suboriantur scandala.

Neque tamen ex hac mea opinione inferendum erit, quæcumque illa sit, quod in posterum dicere liceret, aut evulgare verbis aut scriptis etiam eadem de incorrupto, et vivido Corpore Sanctissimi Patriarchæ Francisci, absit, magnus revera erit error, et pejor priore: sed NIHIL INNOVETUR, ac si numquam hoc de negotio loquutum, vel actum fuerit, et omnia permaneant in statu quo, ne nova detur occasio..

Nihilo secius hunc qualemquumque meum sensum circa nuperam inventionem sacrarum Reliquiarum Sancti Patriarchæ Francisci æquo animo, libenterque submitto Altissimo Judicio Sanctæ Sedis Apostolicæ Romanæ, quæ Plenariam habet Facultatem judicandi, et definiendi: quæque nostris hisce tenebricosis temporibus illa immaculata Sedes sapientissime regitur, et innoffenso pede gubernatur digne a Suprema Auctoritate Beatitudinis Vestræ, quam ut obsequentissimus Filius impense veneror; Vestra Altissima Oracula defixis præstolor oculis, eaque ambis tremulis ulnis amplecti mihi gloria erit: nil timendo jacula ingratorum Filiorum, qui spumantes spumas suas de longe venient, aut illorum qui de latere surgent, evoment convicia. (*a*)

(*a*) „ Eo redit oratio Præstantissimi Viri, *Procuratoris Generalis Cucullatæ Franciscalium Familiæ*, ut illi quidem „ constet Asisinates reliquias esse D. Francisci germanas exuvias, arbitretur tamen non expedire, id Romanæ Sedis sententia constitui. Gravissimas enimvero causas adesse opus „ est, ne Romana Sedes queat perspectæ veritati sine imprudentia suffragari, utque a Francisco decus submoveat, quod „ ille a suis cineribus cultis, ac palam ostensis caperet. „ Enimvero (quod *Demonstrat. meæ pag.* 68. disserit *Gabriel a S. Vincentio*) *HABENT SANCTI IUS*, *ut eorum Reliquiæ publicæ venerationi exponantur*, iisque reverentia impendatur membris, in quibus ad frangendam vel tyrannorum, vel pravarum cupiditatum, sibi vim inferentium, „ sævitiam multa et ærumnosa, et acerba, perpessi sunt. „ Quod si eo iure heroes omnes potiuntur, quoscumque „ Deus ad notæ sanctimoniæ culmen evexit; dignus in primis „ est, qui ius illud retineat, Franciscus, quem inter mortales degentem Christus suorum cruciatuum nota insignivit, „ ea ratione visus eius commendare nobis castissimos artus, „ omniumque in illos obsequia lacessere.

„ Rursum gravissimas oportet esse causas, quæ vetent, „ eas exuvias haberi, ac coli pro exuviis Francisci, quas eius „ esse non ambigimus, quum id fieri nequeat sine maximo, „ ac luctuoso intertrimento pietatis. Si enim post iudicium „ institutum de Francisci reliquiis adeo clamosum, tantaque „ animos expectatione suspendens, ac postquam tot probatio-

Et interim omni filiali devotione, qua per est, et obsequentissimo animi affectu, demissa in terram fronte, Sanctissimos Pedes Sanctitatis Vestræ deosculor humillime.

Ex Cœnobio Capuccinorum Urbis die 7. Octobris 1819.

Fr. Aloysiuss a Caltanixecta
Procurator Generalis Ordinis Capuccin.

„ nes editis in libris expositæ a nobis sunt, ut reperti sub ara „ Asisinati cineres sine hæsitatione Francisco tribuantur, res „ iu ambiguo relinquetur, et causa (qnod in votis est Amplissimo Viro, quocum mihi in præsentia res est) a Romana „ Sede silere cogetur; ecquis in posterum ad Asisinatem Basilicam accedet, cultum Francisco impensurus? Norunt, „ norunt vel in estrema orbis barbaria positi homines, Francisci spolium non alibi, quam sub ara maxima illius Basilicæ esse quærendum, ac desperandum omnino esse, ex „ alio Basilicæ loco posse illud in lucem emergere; quum „ traditio vetusta, Xysti V diplomata, et sub aræ solum demissi lychni nos Francisci exuvium in Basilica quærentes „ ad subiectum aræ latibulum, mittant. Norunt, actis nuper „ sub aram illam cuniculis, arcam saxeam sese obviam dedisse, quæ ossa viri profecto sancti, (Confer *Demonstrat.* „ *pag.* 76. *circa fin.*) cum multiplici honoris significatione, „ complecteretur. Norunt, sub ara illa, præter inventum sacrum cadaver, non aliud sane latere, quum ingens, ac „ solida rupes totum aræ suppositum tractum occupet, nec „ hiatum alium habeat, nisi qui reliquias iam inventas excipit. Non ignorant tamen, extitisse hominem, qui, nonnullis e suo cœtu plandentibus, scripserit, haud pro certo esse „ sumendum, Asisinatem Basilicam decorari Patriarchæ Minorum spolio; quoque illud in loco abditum fuerit, ignorari. (*Flamin. Lateran. in Manual. declar.* 8) Quapropter, „ si inventos sub ara Basilicæ cineres, dubitando, prolatando, silentiumque isti causæ indicendo, renuat Romana Sedes Francisco adscribere, nemo in posterum ad Basilicam, „ spolium Francisci veneraturus, accedet, addicentque omnes „ se illius errori, qui obscurum esse contendebat, ubinam „ terrarum consisteret. „

„ O speciem miseram, quæque defixos in futuræ calami-
„ tatis metu piorum animos incredibili mœrore percellit! Ne-
„ mone posthac ad augustissimum templum contendet, pe-
„ nes quod Romani Pontifices perfugium sibi munivere;
„ (Confer *adnotata ad §. 54. prior. opusc. pag.* 89.) ad quod
„ confluentibus relaxationes futurarum pœnarum innumeras
„ largiti sunt; ac cui nihil privilegiorum non manu plenissi-
„ ma contulerunt, testati, se illa cinerum Francisci domici-
„ lio tribuere? Squallebit ædes sacra, et augusta, et ex ma-
„ xima frequentia illam tristis solitudo occupabit? Totne
„ curis educti ingentes parietes, ornatique artificio Italorum
„ illustrium, qui consepultas artes elegantiores attollere ocu-
„ los, lacertos movere, ac quasi respirare iusserunt, abstra-
„ cta inde frequentia, negligentur, ac corruent? „

„ Sed quæ causæ tantæ vim nobis adhibent, ut Basilicam
„ Asisinatem clade prostrari, et imminui cultum Francisci po-
„ tiamur? Ne Catholici (hæc enim duo urget *Cucullatæ Fa-
„ miliæ Generalis Procurator*) qui Francisci corpus mansisse
„ incorruptum acceperant, a scriptoribus Catholicis se dece-
„ ptos querantur; neve homines a nostris sacris alieni Catho-
„ licos nugivendos appellent, si a nostris scriptoribus incul-
„ cata incorruptio corporis D. Francisci, decreto cultu corru-
„ ptis eius exuviis, fabulosa prodatur. Verumtamen, ut prius
„ videam de Catholicæ plebis adversus suos doctores exoritu-
„ ris querelis, quam pauci numero apud nos sunt, qui opi-
„ nionem de incorrupto, ac stante D. Francisci corpore tra-
„ di inaudiverint, nec simul refertas aures habeant eorum ser-
„ monibus, quibus incorruptio merum est nugamentum.
„ Anni plusquam centum abiere, ex quo *Observantes* Viri
„ *Reformatique* Francisci exuvias tabo vitiatas, docent, et *Con-
„ ventualium* familiam, pro incorruptione stantem, libris, di-
„ sputationibus publicis, atque omne genus armis oppugnant.
„ (Recole *Adnotata ad §. 2. prior. Opusc. pag.* 9.) Reperire
„ hominem institutum apud *Observantes*, vel *Reformatos*, qui
„ post annum a Christi ortu MDCCXV senserit secus, non mini-
„ mi negotii res erit. Quod si magnæ *Observantium*, ac *Reforma-
„ torum* acies, qui pietatis causa totum orbem excurrunt, nec in
„ urbibus solum, sed in pagis etiam ignobilibus sibi domos figunt,
„ iamdiu docent de exuviis Francisci, eas corruptione esse so-
„ lutas, necesse est, huiusmodi opinio apud plebem Catholi-
„ cam increbuerit, quum nacta sit præcones plurimos, atque

„ actuosos. Contra vero parum late manare, ac paucorum „ animis inseri potuit incorruptionis opinio, quam Viri *Con- „ ventuales*, pauci illi quidem, si conferantur cum Adversa- „ riis, cubiculis in suis inclusi, nec sueti se in vulgus da- „ re, suo patrocinio tegebant. Quare qui cupiat esse maxi- „ me popularis, non dubitabit hoc tempore pro corrupto* D. „ Francisci corpore sententiam dicere, quum e Catholica ple- „ be homines profecto expressius, ac crebrius de Francisci „ exuviis inculcari audiverint, eas corruptione esse solutas, „ quam communi conditioni cadaverum fuisse ereptas.

„ De extorribus ab Ecclesia Catholica ita existimandum est, „ ut *Lamindus Pritanius* putavit, quum adversus Pherepo- „ num, hominem hæreticum, scriberet, qui miracula a DD. „ Ambrosio, et Augustino memoriæ prodita fabulas esse aie- „ bat, et ad quæstum captandum laqueos. Exposita Pherepo- „ ni audacia, ita subdit *Lamindus de Ingenior. moderat. lib.* „ *3. c. 11. Ut quidem nihil dissimulem, non unus est Phere-* „ *ponus, qui Ecclesiæ Catholicæ miraculis fidem detrahere co-* „ *netur. Socios in eo studio habet, quotquot a Catholicorum* „ *communione discesserunt*. Non igitur hæretici homines pro- „ digiis omnibus, quæ apud nos fidem sibi conciliant, infen- „ si, et ideo semper aversi ab eorum narrationibus, qui Fran- „ cisci corpus incorruptum mansisse scribebant, indulto cultu „ Assisinatibus corruptis exuviis, ut exuviis Francisci, aliud „ colligent, nisi prodigii illius falsitatem nobis æque constitisse, „ nec certe apud nos portentosa omnia probari, pro quibus „ aliqui vocem tollant. Quod potius ad delendam, aut levan- „ dam saltem horum iudiciorum invidiam, quam ad eam au- „ gendam, valebit. Deinde, num Catholica aliquando Eccle- „ sia, aut Romani Pontifices sanxerunt de membris Francisci, „ ea post obitum mansisse integra, ac tamquam viva vigere? „ Nihil profecto minus. Non Concilia, non Pontifices hoc ca- „ put attigere; immo Eugenius IV, ac Paulus V, ille, impo- „ sito exuviis Francisci *reliquiarum* nomine (*Nov. Summ.* „ *Num. 2.*) hic, vetita corporis D. Francisci perquisitione (*Ad-* „ *not. ad. §. 35. pag. 61., et ad §. 40. pag. 67. prior. opusc.*) „ in aperto collocarunt, quam ab incorruptione tribuenda eius „ exuviis abessent. Iam si in hac causa Pontificum, aut Con- „ ciliorum decreta decretis adversarentur, et in se vires ob- „ verterent; haberent fortasse hæretici (quamquam in con- „ troversiæ genus, a dogmate, morumque doctrina distans,

„ ferri cogitatio deberet) quare suis in nos aculeis uterentur.
„ Quum autem integræ adhuc res sint, nulloque iudicio libatæ; quid illi in Ecclesiæ Catholicæ contumeliam hinc trahant? Nihil sane iure ducent ex iactato perperam a nonnullis Catholicis incorrupti corporis D. Francisci prodigio, nisi scriptores nostros, quum Ecclesia viam nullam ostendit, ad falsas opiniones (quod fit ubique, et a nullo hominum alienum est) tamquam ad scopulos, aliquando hærere, nec semper apud se se reputare quid artificii, atque instrumenti ad eas tuendas sententias adhibeant, quas misero, ac temere concepto amore depereunt. Illum autem male satum, ac procreatum incorruptionis errorem si nunc, decreto Asisinatibus reliquiis cultu, Sedes Romana convellat; ostendatque se pensi nihil habere, quam multi, quamque de se promeriti pro commentitio prodigio rixentur: apud omnes, ac sectæ cuilibet addictos mortales efferetur laudibus Romana Sedes, periclitantis veritatis adiutrix; suæque integritatis, candoris, fidei in omnium oculis monumentum amplissimum statuet. „

Franciscus Guadagni Adv.

REVISA

A. Gardellini Sub-Promotor Fidei.

OPUSCULUM IV.

BEATISSIME PATER

Postquam a Sacrorum Rituum Congregatione ordine S. V. transmissum fuit Exemplar disserens super Corporis D. Francisci Assisiensis identitate, attente, accurateque perlegi, et tali, ac tanta suasione repletus fui, quod nullæ super hoc mihi percurrerent ad ambigendum difficultates: Et si quæ antea in me insurrexerant, nunc doctior factus, et perbene illustratus, evanuerunt: Ideoque non reflexiones, non observationes, non pugnæ mihi sunt, ut contra dicerem super repertis Exuviis tanti mei Patris, tanti mei Municipis. Sic firmiter teneo, sinceroque Animo contestor: Dummodo vero S. V. ita placeat, et non aliter sentiat. Et in genua provolutus Sanctissimos exosculor Pedes. Ex Venerabili Conventu SS. Cosmæ, et Damiani Urbis = Die 30. Septembris 1819.

Fr. Salvator Guerri
Procurator Generalis Tertii Ord. S. Francisci.

ANIMADVERTENDA

„ Mentio sæpe de clathris incidit, quibus arca, Asisina-
„ tes complectens cineres, revincta est. Non inanem mihi
„ laborem sumam adiiciens, cadaver *D. Margaritæ Cortonen-*
„ *sis*, quæ decessit anno MCCXCVII, eodem nempe, quo
„ D. Franciscus, sæculo, ferreis æque repagulis fuisse muni-
„ tum, priusquam etiam terræ mandaretur. In erudita supel-
„ lectili *doctissimi Antistitis Nicolai Grimaldii*, loco *Auditoris*
„ *Cameræ* iudicia in Urbe exercentis, pictarum minio, aliis-
„ que coloribus chartarum volumen adest, exhibens, ut in
„ eo legitur, *exempla . . . . historiarum, et miraculorum in*
„ *Ecclesia Sanctæ Margaritæ de Cortona depictarum, seu de-*
„ *pictorum, et sculptarum, seu sculptorum etc.* Ac ne res ex-
„ pressæ auctoritate careant, et summa ex archetypis fide
„ sumptæ esse credantur, nomen suum subscribunt *Reginal-*
„ *dus Sellarius Notarius Actuarius deputatus, Hieronymus Ser-*
„ *ninus Præpositus, Judex Subdelegatus*, ac *Gregorius Nuc-*
„ *ciarellus Archidiaconus, Judex Subdelegatus*. Pagina autem
„ eius voluminis XVI ob oculos ponit multitudinem innume-

„ ram, quæ ad visendum recens Margaritæ cadaver accelera-
„ vit, in qua viri etiam sacris dignitatibus eminentes. Quia
„ vero curæ erat, ne quid multitudo e sacro corpore furare-
„ tur, illi pro munimine, ac tutela est e solido ferro crates.
„ Nemo igitur ambiget, ævo, quo Franciscus avolavit ad su-
„ peros, consuevisse sacra cadavera eo adversus fures præsi-
„ dio sepiri. Codicem *Grimaldianum*, et *Tossinianensis Hi-*
„ *storiam Seraphicam*, de genuino cuius loco mihi cum al-
„ tero ex Adversariis lis fuit, *Amplissimo, atque Eruditissimo*
„ *Antistiti*, *Aloisio Gardellinio*, *S. Rit. Congr. Assessori*, ex-
„ hibendum curavi.

„ Et quoniam alloquendi lectorem oblata mihi est op-
„ portunitas, errorem, ad quem offendi, ei patefacere non
„ verebor. Qui Paduam perrexi nunquam, et de rebus D.
„ Antonii Ulyssiponensis vetustos quidem, sed non omnia
„ pressim persequentes scriptores consulueram, haud didice-
„ ram, quod me deinde *Emanuel de Azevedo* suo docuit di-
„ ligentissimo commentario, Antonii reliquias iamdiu non in ara
„ templi Patavini maiori, sed in quadam eius templi cella
„ consistere. Huius translationis ignarus scripsi *ad prius Opusc.*
„ *pag.* 93. exuvias Antonii in mensa maioris aræ *ad hanc*
„ *diem manere*. Qui error, licet meo proposito non officiat,
„ detegendus fuit, et contendendum, ut, quantum cavere indu-
„ stria possumus, nemo per nos falsis opinionibus implicetur.

„ De mendis, quæ in hanc editionem irrepsere, quid
„ querar? Permulta sunt, præsertim in *Adnotatis ad Secun-*
„ *dum Opusc.* quum per oculorum morbum ad aliquot dies
„ nullam mihi licuerit operam vitiosis impressionibus tollen-
„ dis impendere. At lector, acutus suo facile iudicio admissa
„ peccata deprehendet. Sufficiet me animadvertere, *pag.* 140.
„ pro *ANFUSINOAUM* legendum *ANFUSINORUM*; *pag.*
„ 173. post verba *naviter præstet* non punctum, sed comma
„ apponendum; *pag.* 184. pro *quique enim in suis ulnis* le-
„ gendum *quique eum etc.*; *pag.* 186. *circa fin.* pro *reliquum*
„ *non est* legendum *reliquum est*; *pag.* 193. pro *prodigium*,
„ *ac in imis* legendum *prodigium in imis*; pag. 195. pro *quum*
„ *omnia concutiebantur* legendum *quam omnia concutiebantur*;
„ *pag.* 198. *circa fin.* post verba *haud dissimulans*, *scripsit*
„ haud punctum, sed comma statuendum; *pag.* 244, pro *tu-*
„ *multum* legendum *tumulum*; *pag.* 257 pro *manu conserit*, le-
„ gendum *manum conserit*. Plura non persequar, longæque
„ scriptionis finem hic faciam. „

ADDITAMENTUM

AD DOCUMENTORUM APPENDICEM

SIVE

NOVUM SUMMARIUM

Dalla Segreteria de' SS. Riti 16. Novembre 1819.

Essendo stata per ordine Pontificio communicata ai PP. Procuratori Generali delle varie diramazioni dell'Istituto Serafico la Scrittura sull'identità del Corpo del Patriarca S. Francesco, hanno essi esternato il loro sentimento. Trattandosi di un affare di tanto rilievo, la Santità di N. S. vuole, che tali Scritti si passino alla Paternità Vostra Rm̃a, affinchè, quando così le piaccia, commetta all'Avvocato da Lei assunto, di rispondere alle prodotte objezioni, a condizione però che ad ogni modo i sudetti Scritti si diano alle Stampe, e si distribuiscano unitamente alle altre Scritture ai Soggetti componenti la particolare Congregazione deputata da Sua Santità per l'esame di questa importantissima Causa.

N.° 1. Epistolium *R. P. D. Salae, Secretarii Congregationis Particularis* hanc causam expendentis, ad *Reverendissimum Generalem Ministrum Minorum Conv.*

Trasmette quindi alla Paternità Vostra il Segretario Scrivente i fogli originali consegnatigli dalli anzidetti PP. Procuratori, e non dubitando ch'Ella non sia per uniformarsi esattamente ai comandi di Sua Santità, si conferma con pienezza di stima, e rispetto

Dm̃o ed Obblm̃o Servitore
Giuseppantonio Sala

In Nomine Domini Amen.

Fidem facio, et attestor ego infrascriptus Illustrissimæ Comunitatis Perusiæ a Secretis, qualiter in Archivio ejusdem Comunis extat autographum Breve Pontificium Sanctæ Memoriæ Eugenii Papæ IV Nobilibus Viris Prioribus Civitatis Perusiæ, tenoris prout infra

N.° 2. Litterae *Eugenii* IV *Pontificis*, datae anno 1442. *Nobilibus Viris*

Prioribus Civitatis Perusiae, pe quas petitionem reiicit Perusinorum, postulantium Francisci reliquias ab Assisio Perusium tranferri.

EUGENIUS PAPA IV.

Dilecti Filii salutem, et Apostolicam Benedictionem

Accepimus Licteras vestras quoad provisionem faciendam circa Reliquias B. Francisci de Assisio, et licet plurimum nobis corde esset talem circa eas facere provisionem quod surripi, aut furari non possint: tamen vestram in Domino diligentiam commendamus, quia eam rem et nobis in memoriam adduxistis. Et quia si dictæ Reliquiæ ad alia loca exportarentur, esset dare causam disperationis illis de Assisio, qui forte id fieri crederent ad eorum ultimam ruinam, et desolationem illius Venerabilis Templi, non videtur Nobis, quod inde removeantur. Ne tamen interim detrimentum ullum patiantur, commisimus Venerabili Fratri G. Archiepiscopo Neapolitano, et Gubernatori vestro, nec non dilecto Filio Fratri Provinciali Fratrum Minorum illius Provinciæ, ut curam de ea re suscipiant, et talem provisionem cum auxilio etiam, et favore dilecti Filii Nobilis Viri Nicolai Pizinini Capitanei Nostri Generalis faciant, quod dictis Reliquiis nullum damnum inferri possit.

Datum Florentiæ sub Annulo Nostro die XXI. Mensis Decembris 1442. Pontificatus Nostri Anni Duodecimo.

Extra = Dilectis Filiis Nobilibus Viris Prioribus Civitatis nostræ Perusii.

B. Roverella

In quorum fidem has dedi Litteras testimoniales mea manu subscriptas, et Sigillo Comunitatis munitas.

Perusiæ ex Cancelleria die 25. Januarii 1820.

Aloysius Fittajoli Comunitatis Perusiæ a Secretis.

Registrato a Perugia li Ventisei Gennajo 1820. V. 11. f. 32. R. C. 1. Ricevuto baj. Venti.

Il Ricevitore
Mannoulli.

Ex pagina LIII *Adnotationum Antonii Mariæ Azzoguidii, Viri Conv. ad Commentarium Sicconis Polentonii de Vita Sancti Antonii Ulisiponensis, præfixum sermonibus D. Antonii in Psalmos. Bononiæ ex Typographia Lælii a Vulpe MDCCLVII.*

N.° 3.
Documentum Assisinas, ex quo constat, *Heliam* dono accepisse anno 1228 a Simone Puzarellio *unam petiam terrae vocabulo Collis Inferni ad etc. faciendum etc. in ea d. locum Oratorium, vel Ecclesiam pro Beatissimo Corpore Sancti Francisci.*

In Dei Nomine Amen. MCCXXVIII. Indictione prima III Kalendas Aprilis. Gregorio Papa VIIII, et Frederico Imperatore existentibus. Dedit, tradidit, cessit, delegavit, et donavit simpliciter et inrevocabiliter inter vivos Simon Puzarelli Fratri Helije recipienti pro Domino Gregorio Papa nono petiam unam terræ positam in Vocabulo Collis Inferni in nomitatu Assisii, cui scilicet a duobus lateribus, via; a tertio, bona Ecclesiæ S. Agathæ; a quarto bona filiorum Bocomi, vel si qui alii sunt confines cum introitu, et exitu suo et cum omnibus quæ supra se, et infra se habet in integrum, et cum omni jure, et actione, usu, seu requisitione sibi de ipsa re competenti ad habendum tenendum possidendum faciendum omnes utilitates, et usus Fratrum in ea videlicet locum Oratorium, vel Ecclesiam pro Beatissimo corpore Sancti Francisci vel quicquid ei de ipsa re placuerit imperpetuum; quam rem se suo nomine constituit possidere donec corporaliter intraverit possessionem in quam intrandi licentiam sua auctoritate concessit promictens non dedisse jus vel actionem de ea alicui, quod si apparuerit eum dedisse promisit defendere suis pignoribus, et expensis renunciando juri patronatus omnique auxilio legum ipsi competenti, vel competituro. Et promisit per se, et suos heredes dicto Fratri Helye recipienti pro Domino Papa nono Gregorio contra non facere vel fecisse sed defendere dictam rem ab omni litigante persona omni tempore suis pignoribus, et expensis in curia vel extra sub pena dupli ipsius rei habita compensatione meliorationis, et extimationis. qua soluta vel non hoc totum semper sit firmum.

Factum in domo dicti Symonis presentibus, et vocatis testibus Domino Guidone Judice Communis Assisii Petro Tebaldi. Soño Gregorii. Petro Capitanie · Tiberio Petri, Andrea Agrestoli. Jacobo Bartoli.

L. ✠ S. Ego Paulus Notarius rogatus his interfui, et scripsi, et auctenticavi.

Ex eodem Azzoguidio ibid. pag. LX.

N.° 4. Documentum Assisinas, ex quo liquet *Heliam* accepisse *a Sanguonio, et Thoma, filiis olim D Ufreducis Sanguonis, tribertinos magnos ingentes nempe Lapides pro opere, et muris dictæ Ecclesiæ.*

In Deî Nomine Amen. Anno Domini Millesimo Ducentesimo Tricesimo nono Indictione XII. tempore Dominorum Gregorii Pp. noni, et Frederici Romanorum Imperatoris. Die quinta exeunte mense Majo.

Frater Helias Dominus, et Custos Ecclesie Sancti Francisci Asisinat. et Frater Jacobus de Mevania Sindicus, et Procurator dicte Ecclesie, et conventus ipsius, presentibus, consentientibus, et volentibus Fratribus dicti Conventus nomine ipsius Ecclesie et conventus pro seipsis, et eorum successoribus convenerunt, et promiserunt Sanguonio, et Tome filiis olim Domini Ufreducis Sanguonis stipulantibus, pro se ipsis, et suis heredibus reficere, et refici facere omnibus sumptibus, et pecunia ipsius Ecclesie, et conventus tantumdem murum ad arenam, et calcem et lapides in domo predictorum Fratrum posita in civitate Assisii quantus fuit ille murus unde accepti, et remoti fuerunt tribertini magni, et ad illum modum, et paragium reducere ipsum murum quantus fuit ille de dictis tribertinis. Quos quidem tribertinos fuerunt confessi, et asseruerunt coram me Notario, et testibus suscriptis recipisse et habuisse a dictis Fratribus Sanguonio et Tomasse pro opere, et muris dicte Ecclesie. Renuntiantes exceptioni tribertinorum non receptorum, et non habitorum. Pro quibus tribertinis promiserunt sepedictis Sanguonio, et Tome reficere, et refici facere dictum murum de bono opere et legale sumptibus dicte Ecclesie ut dictum est supra. Omni condictione, et exceptione remotis et dampna, et expensas reficere pro predictis exigendis sub obligatione bonorum dicte Ecclesie, et pena dupli extimat. dictis operis et pena soluta vel non hec sint omnia rata. Latera dicte domus. Justa via usque, et justa heredes Rufini Panzi.

Actum apud dictam Ecclesiam Sancti Francisci. In quadam Camera ipsius Ecclesie. Presentibus et ad hec vocatis testibus. Magistro Paulo Luprandi Domino Leonardo Marangonis, et Fratre Janne de Landz, et aliis pluribus.

✠ Ego Petrus Imperiali auctoritate (Notarius) hiis interfui et rogatus ut supra legitur scripsi, et autenticavi.

= AL NOME DI DIO . Amen =

Incombensato io sottoscritto dal M. R. P. Maestro Buonaventura Zabberoni attual Custode del Sacro Convento di S. Francesco di Asisi a ricercare negli Archivj del Rmo Capitolo dell'insigne Cattedrale di S. Rufino, e di esso Sacro Convento per rilevare quali monete correvano qui in Assisi nei Secoli duodecimo, e terzodecimo, ho rinvenuto in tali Secoli molto esservi stata in corso la moneta Lucchese, come risulta dagli appresso documenti da me diligentemente estratti; e prima dall'Archivio di S. Rufino al fascicolo 2.° nella pergamena segnata col numero 131., ove si legge.

N.° 5. Elenchus Documentorum, e Tabulariis Assisinatibus erutorum, ex quibus conficitur, vivo D. Francisco, ac paullo post illius obitum, Assisii in contractibus, pecuniam Lucensem pendi solitam.

✠ *In Christi nomine. Anno etc. MCLXXXII. Invictissimo Federico Romanorum Imperatore, etc. idus Aprilis indictione XV. Manifesti sumus nos ego Fabressa uxor Filippi Oliverii et Gislutius Panicoculus etc. vendidimus atque proprium investivimus Ecclesiam S. Ruphini per manus donni Comitis Priori etc. de una petia terre etc. unde recepimus a vobis pretium etc.* IIII. librarum Lucensis monetæ etc.

Ego Forzulus Not. rogatus etc.

Ivi al N.° 139. = ✠ *In Christi nomine. Anno etc. MCLXXXIIII. regnante Frederico Romanorum Imperatore. II. Kalend. Aprilis indictione II. Ego quidem Albasia Rainucii Petri etc. vendidi tibi donno Eugenio Peponis filio unam petiam mee terræ etc. Unde recepi a te* pretium XXIIII. solidorum Lucensis monetæ *rogavi in Ecclesia S. Ruphini etc.*

Ego Forzulus Not. etc.

E al N.° 147. = ✠ *In Christi nomine. Anni Domini sunt ab ejus nativitate MCLXXXXIII. Regnante Henrico Romanorum Imperatore et semper Augusto. IIII. Kalend. Martii. Nihil enim tam conveniens etc. ideo in Dei nomine ego donnus Jacobus Monasterii S. Crucis de Saxovivo Abbas una cum voluntate etc. meorum Confratrum Monachorum etc. concessimus in emphiteusim vobis Canonicis Ecclesie S. Ruphini etc. tres petias terre etc. Unde recepimus a vobis* pro pretio LVI. solidos Henrici monete et XLV. solidos Lucentium etc. *rogavimus apud Ecclesiam S. Mathei etc.*

Ego Forzulus Not. Rog.

Dall' Archivio poi del Sacro Convento in un volume contenente instrumenti nulla affatto al Convento spettanti dal 1168 al 1274. scritti in pergamena, e pervenutivi forse per donazione, o eredità di Case estinte, o dal Cumune di Asisi depositativi per sicurezza in tempo di guerre, fra gli altri al N.° 3. si legge.

✠ *In Dei nomine. An. Domini MCCXVII. Indictione V. tertio idus Aprilis Pontificatus Domini Honorii III. pp. Ego Petrus Travalli etc. vendidi etc. tibi Varcarello Ofredo duas partes unius petioli terræ etc. recepi pretium a te Varcarello* ad rationem XII. librarum Lucentium *pro modiolo etc.*

Ego Johannes Not. etc.

Ivi al N.° 9. = ✠ *In Dei nomine MCCXXVIII. indictione I., prima die Julii Domino Frederico Imperante. Ego Johannes Caro etc. vendidi etc. tibi Gilio Marie etc. quamdam petiam terre etc.* pro pretio VIII. librarum et VIII. solidorum Lucentium etc.

Ego Johannes Not. rogatus etc.

Ivi al N.° 10. = ✠ *In Dei nomine. Anno MCCXXXI. die XIIII. intrante mense Aprilis indictione IIII. tempore Gregorii Pape VIIII. et Frederici Imperatoris existentium. Ego quidem Domina Bona Varcarelli etc. vendo etc. tibi Filippo Cecapti etc. unam petiam terre* pretio III. *librarum et VIII.* Solidorum Lucentium etc. *Actum in Civitate Assisii etc. Ego Uguizio auctoritate Imperiali notarius etc.*

E finalmente ivi al N.° 11.° = ✠ *In Dei nomine. Anno Domini MCCXXXIII. indictione VI. die XIII. exeunte Februario tempore Domini Gregorii ppe. noni. Nos quidem Filippus Jacobi et Angelus olim filii Campanerii etc. promittimus etc. vendere etc. tibi Domine Hemperie olim uxori Oradini etc. quandam petiam terre etc.* pro XXV. libris Lucensis et. *Actum in domo dictorum etc.*

Ego Bernardus Not.

E come più diffusamente da detti Archivj etc. In Fede etc. Assisi 22. Marzo 18venti.

Francescantonio Cavalier Frondini Archeologo della Patria, ed ascritto all' Accademia Archeologica di Roma.

Il Gonfaloniere della Inclita Serafica Città di Asisi.

Certifica a chiunque spetta per vera, e reale la firma del Nobil' Uomo Sig. Cav. Francesc' Antonio Frondini Nobile di questa Città, attuale Consigliere Comunitativo, ed Archeologo della medesima, ed ascritto all' Accademia Archeologica di Roma.

In fede etc. Dato dalla solita Residenza Municipale di Asisi li 22. Marzo 1820.

Il Gonfaloniere
Antonio Falcinelli Antoniacci

Carlo Dottor Beddini Segret. Comunit.

N.° 6.
Antiquitatum Peritissimi Viri, *Carolus Fea*, *et Alexander Viscontius*, jussu *Congregationis* praepositae huic causae, annulum et numos inspiciunt cum Assisinatibus reliquiis repertos. Deprachendunt temporibus Francisci congruere.

Noi sottoscritti a richiesta dell'Illmo Monsignor Gardellini Assessore de' Sacri Riti, Sotto-Promotore della Fede. e Membro della Congregazione speciale deputata da N. S. sopra la causa delle Reliquie di Assisi, essendoci portati in casa del medesimo, ed avendoci Egli ricercati, come periti Archeologi, perchè colla debita verità, e colla maggiore accuratezza la nostra opinione palesata avessimo sopra alcune cose pertinenti all' età passate, cb' Egli ci avrebbe mostrate. Alla presenza del Rmo P. Antonio Ma[illegible] Latini Assistente generale, del P. Maestro Zabberoni Bonaventura, Custode del Sagro Convento di Assisi, e del P. Maestro Clemente Rizzi Pro-Segretario Generale, il predetto Illmo Mons. rotto sigillo, trasse fuori da uno scatolino le seguenti cose, cioè, un' anello di argento con pietra rossa, ed undici monetine con patina verdeggiante. Noi sottoscritti prendemmo l'anello d' argento con pietra rossa, ed osservatolo attentamente in tutte le sue parti con diligente consideramento, vedemmo che la pietra rossa incastonata in quello, era una corniola antica, di buon colore, di forma ellittica anulare, in cui era incisa una Pallade stante armata, che in parola grechesca Nicefora si appellava, sostenendo colla destra la figurina di una Vittoria: questa incisione giudicammo essere stata elaborata nel secondo secolo dai Latini, poichè osservammo, che la figura era maestosa, il panneggiare fatto con belle pieghe, convenevole, e decorosa la mossa, ma vi mancava quel morbido del primo secolo, quel disegno cor-

A.

retto, e quell'arte tanto profonda, che con tocchi maestri si rende della natura perfettissima imitatrice, L'anello di argento poi, che chiudeva questa corniola, con ragionevoli fondamenti, asserimmo, essere stato fatto al cadere del secolo dodicesimo, pel castone non ben garbato, ed in particolare modo convesso, che lega a notte la Corniola, mancante di quella elegante cornicetta, che abbella la superficie delle pietre, per l'indotta semplicità del cerchio, senza trombe, o biforcamento presso la saldatura del castone, e finalmente per averne veduti consimili di quel tempo, siccome ogni secolo va cangiando forme, e diversificasi nel gusto, e nel facimento degli ornati. Avendo poi noi sottoscritti prese ad una ad una le undici monetine, ed attentissimamente osservatele, vedemmo esser tutte dellamedesima qualità d'argento, con molta lega, e del medesimo conio; ma dalla Fabbrica, dalla Lega, dalla sottigliezza, dal diametro, dai contorni di alcune lettere semigotiche, e poste a croce, opinammo che quelle fossero state battute nel secolo duodecimo o principio del decimoterzo, quando l'ignoranza, e la miseria introdotte in Italia dalle civili guerre, e fazioni animate da una prava generale indipendenza si procuravano l'utilità dalle Zecche colla leggerezza, e colla lega. Ma non soddisfatti da queste superficiali indicazioni, riflettendo, che quelle si fossero dal verdeggiante ossido spogliate, manifesterebbe alquanto più l'impronta, ed i monogrammi; avendone scelte sei le meno logore, ed avendole poste in un piattello con dell'acqua da poche goccie d'acido solforico acetita, immantinente spogliate dall'ossido fecero palese imbiancata, e più visibile la figurazione delle lettere, e dei monogrammi; allora nelle quattro lettere semigotiche, e disposte a croce nel campo, aventi un globetto nel mezzo, vedemmo gli elementi della parola **LUCA** ed intorno vi leggemmo *Einricus*. Nel campo del rovescio osservammo le due Lettere T-T legate da una linea traversa, ed intorno l'iscrizione *Imperator* come appunto quella monetina d'argento di Lucca riportata dal *Carli*. *Delle monete, e della Istituzione delle Zecche d'Italia libro* 1.° *Tavola I. N.*° 2. Crede il Muratori che due T-T legate possano essere il monogramma di Ottone il grande inserito nelle monete Lucensi ad eterna memoria di quel principe, per aver beneficata molto la città, ed ancora Giovanni Villani ne attesta, che Ottone Primo privilegiò i Lucchesi restituen-

do loro la Zecca onde la loro moneta è improntata del suo Nome. Noi crediamo, che sia la lettera H grande semigotica iniziale del nome *Henricus*, ma questa questione non ha luogo nel nostro scritto. Accertati della patria di queste monetine, faremo toccare con mano, *essere state coniate in Lucca, dopo l' anno* 1181 *non più tardi del* 1208. L'insigne Città di Lucca appellata una volta *Caput Tusciae Lombardicae*, fino dai Longobardi ebbe il diritto della Zecca; lo mantenne nei seguenti secoli sotto i Franchi, e i Germani, e le monete più celebri furono la Papiense, e la Lucense; scrive la medesima cosa lo storico Tolomeo Lucense ne suoi brevi annali. *Antiquis temporibus magis cucurrisse in Italia duas monetas Papiensem, et Lucensem ubi Ecclesia magis dominabatur*. Il Zannetti *nella Nuova Raccolta delle monete; e Zecche d' Italia Tom.* 1. *pag.* 184. scrive così: = *Dopo la metà del secolo duodecimo divenne questa la moneta la più comune, e per tutto il medesimo secolo altra moneta non si nomina che Denarii Lucenses Ovvero* de Luca. *Vi annojerei col riferirvi qui le carte, che con tale sorta di moneta osservai.* = Dopo avere riportata una quantità di queste carte fino al 1206, scrive = *al aprirsi del secolo decimoterzo cominciò a farsi uso nei contratti della moneta Ravvennate* = Il medesimo autore nel *Tomo II. pag.* 400, è di avviso, che si coniassero in Lucca le monete col nome di Enrico fino ad Ottone IV nel 1208. La similitudine poi di queste monetine nel peso, e nella qualità d' Argento coi Bolognini, ed il nome stesso di Enrico, sono una ragione confermativa per testificare, che queste siano state coniate dopo l' anno 1181. I Lucchesi distratti, e resi poveri dai forti, e continuati attacchi dei Pisani, da quali nell' anno 1170 furono sconfitti presso Motrone, scemarono a poco, a poco per metà la loro moneta, tanto che nell'anno 1167 avesse il valore di due Bolognini, e nell' anno 1204 valesse soltanto un Bolognino. Il Zannetti nell' opera già citata *Tom. III. pag.* 366 riporta un singolare documento dell' anno 1204 estratto dal pubblico Archivio di Bologna, nel quale primieramente rilevasi, come abbiamo scritto di sopra, che il denaro Lucchese, e Pisano nell' anno 1167 valeva due Bolognini, e poi diminuito si rese nell' anno 1204 eguale perfettamente al Bolognino: così Baldadiana ritirando la sua dote consegnata nell' anno 1167 in danari Lucchesi, e Pi-

sani, per decreto del Giudice di Bologna nell' anno 1204 ne ritirò il doppio del valore nominale per ottenerne il valore intrinseco, come dal medesimo documento sopracitato si scorge. Questa è una incontrastabile testimonianza, che le monetine di Lucca rinvenute siano state coniate dopo l'anno 1167 quando equiponderavano i Bolognini. Finalmente per ultimo dimostramento, allegaremo a corroborazione di quanto abbiamo scritto, la convenzione fatta nell' anno 1181 fra i Lucchesi, e Pisani. Scrive il Carli nell' opera sopracitata *Tom. I. pag.* 337. = *succeduta finalmente la pace* (fra Lucca e Pisa) *nell' Anno* 1181 *convennero anche sul proposito delle monete; di tale convenzione parla Tronci, ma noi lo daremo originale a suo luogo: in essa pertanto si legge; che si mandassero promiscuamente i messi ad invigilare sopra le due rispettive Zecche, che i Pisani avessero la metà dell' utili della Zecca di Lucca, detratte le spese, e simile quei di Lucca della Zecca di Pisa, che il conio Pisano fosse più largo del Lucchese, che in questo fosse scritto il nome di Enrico, e nel Pisano quello di Federico*. Queste tali monetine si appellarono Enrici dal nome dell' Imperatore, come i Paoli da Paolo, i Giulj da Giulio, i Carlini da Carlo D' Angiò: Queste monetine scrive il Zannetti nell' opera sopra citata *Tomo II. pag.* 401. = *sono di un conio il più rozzo, e malfatto, che dir si possa, e di una lega assai inferiore a quella di Ottone* = poichè presse da un rozzo pulsone, in una acre laminetta d' argento di bassa lega, non hanno potuto empiere i vani dell' incisione, onde il concorso dei lineamenti resta rotto, e indeciso. Dunque dalli sopracitati documenti, e da tutte le addotte ragioni, risulta che le monetine d' argento basso, a noi presentate per saperne l' Epoca, e la Zecca: sono state coniate in Lucca fra gli anni 1181 e 1208, nel quale periodo la moneta Lucchese era eguale nel peso, nella qualità, nel valore alla Bolognina, nel qual tempo portava scritto il nome d' Enrico per la convenzione soprascritta, (stesamente riportata dal Carli in molte pagini ed interessantissima) nel qual tempo = *era il conio il più rozzo, e malfatto che dir si possa* = Questo è quanto possiamo asserire sopra l'anello d' argento, e le undici monetine di argento basso, secondo la nostra perizia, e lunga pratica; ed essendo questo il nostro vero sentimento lo abbiamo espresso in carta, e siamo pronti a confessarlo